

M. 2, 134.

R. Th. 2, 376<sup>b</sup>



1

H

SCHVRZFLEISCHIANA  
SIVE  
VARIA DE SCRIPTORIBVS  
LIBRISQVE  
IUDICIA  
CONR. SAM. SCHVRZFLEISCHII  
POLYHISTORIS OLIM SVMMI  
CVM INDICE NECESSARIO  
EDIDIT  
GODOFREDVS VVAGENERVS



---

VITTEMBERGAE  
EX OFFICINA IO. FR. SCHLOMACHII  
A. C. CC XXXXI

SCIVARII EPICHIANA  
VARIA DE SCRIBIBUS  
LIBRISQAE  
IUDICIA  
CONCERNENTIBUS SCHARRERISCHI  
POLONIENSIS DILIM SAMMI  
OMNIS INDICE RECENSVERA

**BIBLIOTHECA  
PONICKAVIANA**

CAPUT I,

Praecognita de Libris et Bibliothecarum Scriptoribus tradens.

In genere de hac materia egit Theoph. Raynaldus, cuius scriptum est, Erotemata de bonis et malis libris, Lugd., 1653, 4. Addatur Thomas Campanellae Syntagma de Libris propriis et recta ratione studendi. Recentissime prodiit Thomas Bartholinus de Vsi et lectione autorum. Eodem referendi sunt scriptores de studiis instituendis, qui collectim editi prostant Amstelodami, 1645, 12. De compendiis librorum id sentimus, quod Verulamius docet de Augmentis scientiarum, II, 6, de Compendiis historicis, *Esse uelut teredines et tineas, illisque ut plurimum fieri, ut nobilissima scriptorum corpora exesa et infeces iniustiles denum redacta fuerint.* Patrocinium tamen compendiorum suscepit fuit a Puteano, in Praefat. Historiae insubricae, dum ipse se uarietatem rerum describendarum, uelut epitome, complecti, profitetur. *Coelum ipsum, inquit, quo nihil post Deum maius sublimiusue in picto homines globo exprimunt, atque sanctissimam naturae machinam pene ridendis angustiis claudunt, tot sidera et lumina uincunt oculi, sed simulacrum fraterno etiam terrae molem eadem solertia ad imaginem ducit, spithameae subiicit, pugno concludit, talemque reddit, qualis in coelo appareret.* Et mireris tamen, sic quoque lineis, zonis, aquis suis, distinctam. Prudens scriptorum facundia non dissi-

A

mis

mili ingenio magnarum rerum inuenit breuiaria et  
historia litauit. Florus quidem populi Romani, tan-  
quam generis humani, facta, a Romulo ad Caesa-  
rem, Augustum, pulcerrimo et simul angustissimo en-  
chiridio absoluit, cum aliquo fortasse molis damno,  
nullo ueritatis. Iustinus, ut ceteros omittam, quic-  
quid Herculea audacia scribere Troius Pompeius  
potuit, persecutus est, aut quicquid ubique gentium  
Reges, urbes, populi, gessere. Historiam quoque sa-  
cram eruditii Sulpitii Seueri pietas contraxit, gemi-  
noque dicere libello potuit, quicquid tot uoluminibus  
non suo ingenio, sed Numinis instinctu, familiares  
Deo uiri tradiderunt.

II Singulos scriptores collectim exhibere co-  
nati sunt, qui Bibliothecas, hoc est, librorum col-  
lectionem, scripserunt, suntque duorum generum.  
Pars autores promiscue exhibet, ordine Alphabe-  
tico tantum recensitos, alii secundum materias  
eos disponunt, quos prioribus anteferimus, cum  
adminicula certiora eruditioni parandae praestent.  
Cunctos simul exhibere conatus fuit Philippus  
Labbeus Biblioth. Bibliothecarum, quam edidit  
secunda uice Rotomagi, 1672. Cuius scripti usum  
largissimum ipse profitetur, nec sine fundamento.  
Alias Bibliothecas omnes, quantumuis magnas,  
suis finibus, iisque plerumque angustissimis, coer-  
ceri, dicit, suam hanc uero, iuxta Nolani Praefulsi  
uerba, omnium poetarum floribus spirare, omni-  
um oratorum fluminibus exundare, philosophiae  
quoque, theologiae, iuris, medicinae, mathemati-  
carum

carum disciplinarum, fontibus, irrigari. Ordo, quo utitur, hic est, ut Parte I. Professores uariarum scientiarum atque artium repraesentet, II per uarias nationes patriasque diffundatur, III religiones sodalitatesque recenseat, IV miscellaneos de diuerfis argumentis scriptores, V homonymos, VI polygraphos, VII illustres typographorum Catalogos, IIX uaria Bibliothecarum, Vniuersitatum, et similius, nomina, et appellations enumeret. Sed ab affectibus magis liberum expectauerit libertatis amans lector. Vid. Hottingeri, Riueti, aliorumque bene meritorum, nomina, quae eo unice nomine fugillat, quia Euangelici, hoc est, phrasi Catholica, haeretici, sunt. Sed ipse, se facturum, minatur, in cautione ad lectorum Catholicum, se, cum Euangelicos noscere potuerit, suis natuuis coloribus depinxisse.

III Prioris generis sunt Conradi Gesneri Bibliotheca, siue Catalogus uniuersalis scriptorum omnium ueterum et recentium, quae Latine, Graece et Hebraice, scripsierunt. Scriptum magni laboris et nominis, a Vossio tamen, uno atque altero loco, carpitur, libro de Historicis Graecis. Gaddius in eo reprehendit, quod tales etiam adduxerit, qui minima scripsierunt et leuia. Cui responderetur, id eius instituto maxime congruum fuisse, quod erat, scripta res, eorumque uelut syllabum et historiam exhibere, non autem docere, quo et quanto usu esse possint. Sed memorandum in primis Iosiae Simleri de eo iudicium

cium Praefat. in Epitomen Gesnerianam, qua necessitatem epitomes tam uasti operis simul demonstrat. Laudandum quidem est Gesneri nostri institutum, qui talem Bibliothecam instituit, in qua non tantum, quid quisque scripsiterit, sed quomodo, quo stylo, exponitur, ut delectus librorum fieri possit. Verum cum hic omnis generis scripta enumerentur, theologica, iuridica, medica, philosophica, historica, poetica, artium mechanicarum, Latina, Graeca, uulgaria, quis non uidet, opus hoc multorum hominum, etiam doctissimorum, operam requirere, qui et ante singulos libros euoluerunt, et summa doctrina atque acri iudicio praediti sint, et apte iudicare possint. Atque, ut tale opus extaret, quod utilissimum fore, nemo negare potest, tamen non uno uolumine comprehendendi posset, et nihil minus epitome aliqua foret necessaria, tum propter homines occupatos, quibus prolixa uolumina euoluere non uacat, tum etiam propter tenuioris fortunae homines, quibus non est commodum magno pretio ingentia uolumina comparare. Gesnerum hunc in epitomen rededit Conradus Lycosthenes, recognitionem uero, et bis mille autoribus locupletatam, edidit ante citatus Iosias Simlerus, Tigurinus, 1555, f. Eandem Simlerus denuo edidit, et libro auxit, sed omisso Lycosthenis nomiae. Scripti titulus est Bibliotheca Gesneri in epitomen redacta, et noua librorum accessione locupletata, per Iosiam Simlerum. Hunc auxit

auxit Ioannes Iacobus Friesius. Inscriptio libri  
est, Iosiae Simleri Epitome Bibliothecae Gesneria-  
nae amplificata ex Bibliotheca Viennensi a Io. Iac.  
Frisio, Tigurino, 1580, f. Incommodum, quod  
ipsos uidetur premere, est, quod secundum prae-  
nomina, non cognomina, autores digesterint. Sup-  
plementum Epitomes Bibliothecae Gesnerianaæ  
edidit Antonius Verdierius, annexum Biblioth-  
ecæ suæ, Gallice scriptæ, quo plurimos libros  
contineri, ait, qui Gesnerum, Simlerum et Friesi-  
um, latuerint. Titulus libri est La Bibliothèque  
d'Antonie Verdier, seigneur de Vauprière, con-  
tenant des catalogues de tous ceux, qui ont écrit,  
ou traduit en François, et utres dialectes de ce  
Royaume, avec un supplément de l'Epitome de  
la Bibliothéque de Gesner, à Lyon, 1581, f. Et  
tamen Verdierium ipsorum conterraneorum suo-  
rum scripta, et, illo quidem tempore edita, fu-  
gerunt, cuiusmodi est, Aetatum mundi septem  
supputatio per Camillum Bouillium Samarobri-  
num, edita in Samarobrina D. Quintiliani, 1520, 4;  
apud Iodocum Badium Ascensium, cuius tamen  
scripta satis diligenter recenset. Gesnero subiungim-  
mus Iudicia Scholæ Melanchthonis de lectione  
bonorum autorum in omni genere disciplinarum,  
edente Georgio Richtero, Vittembergae, 1592, 8.  
Liber, quia non adeo magnus est, Gesneri labori-  
bus equiparari non potest, tanto minus omnes,  
uel plerosque, scriptores exhibet, lectione nostra  
tamen ideo dignus, quod de iis scriptoribus, quos

exhibet, et modeste, et sincere, iudicet. Elenchum unius seculi scriptorum ab A. c. 10 10, ad A. c. 10cii, edidit Ioannes Clessius Francof. ad Viadrum, 1602, 4. Desumpsit hic non tantum ex Bibliothecis, sed etiam ex Catalogis nundinalibus, libros suos, eoque debita fide haud dubie saepe laborat, cum Catalogi nundinarum saepissime librorum titulos exhibeant, qui nunquam prodeunt, eoque non tam libros, quam intentionem autorum de libris scribendis, sistant. Eodem uitio laborat Georgii Draudii Bibliotheca, qui a Catalogis similiter sibi imponi passus fuit. Edidit etiam Iacobus Gaddius critico-historicum opus de Scriptoribus non ecclesiasticis, Tomis II, f. Tomus I editus est Florentiae, 1640, f. T. II Lugduni, 1649, f. Sed homo est arrogans, et liber subtilissimus, quod cuius inspicienti facile patebit. Nec diffitetur Labbeus, post enarrationem eorum, quae titulo ascripsit Gaddius, subiicere, Verum de his alia omnino viri eruditii, et nos forte alias plura, Biblioth. Bibliothecarum, p. 90. Ex veteribus Bibliothecam eiusmodi instruxit doctissimus Patriarcha Constantinopolitanus, Photius, qui seculo IX post C. N. floruit. Titulus est, Photii Myriobiblion, siue Bibliotheca librorum, quos Photius legit et censuit, editum Graeco-Latine, interprete Andrea Schotto, cui multa debemus in omni scibili, quae alias obliuione sepulta iacent. Ita enim fere cuiusque libri argumentum et genus styli ac doctrinae discernit; et notat, ut, qui

qui summas illas legit, totos libros et ingenia autorum nosse sibi uideatur, Schottus in iudiciis eruditorum uirorum de Photio, huic Bibliothecae Photii praemissis. Qui praeterea inter ueteres eiusmodi aliqua tentauerunt, exhibentur a Simlero, praefatione Epitomes superius citatae. De ueterum Bibliothecis legendum quoque Syntagma Iusti Lipsii, in 4. Collectum uolumen uiorum clarissimorum de Bibliothecis et Archiuis, cum praefat. de Bibliothecis antediluvianis, editit Ioachimus Ioannes Maderus Helmstadii, 1660, 4, quo comprehenduntur Iusti Lipsii Syntagma ante citatum, Fuluii Vrsini de Bibliothecis commentatio, Guidonis Pancirolli, Bartholomaei Casfanaei, Francisci Patricii, Michaelis Neandri, de Bibliothecis deperditis ac nouiter instructis, Iacobi Philippi Thomasini de Bibliothecis MSS., cum recensione praecipuarum Biblioth. MSS. Patauiniarum et Venetarum, Laurentii Pignorii de Servis quorundam, rei liberariae adhibitis, Edmundi Figrelii de Statuis illustrium, ac cum primis doctorum uiorum, in ueterum Bibliothecis, Balthasaris Bonifacii de Archiuis, Francisci Schotti de Bibliotheca Vaticana, Onuphrii Panuinii, Antonii Cicarella de eadem Bibliotheca, Balthasaris Corderii, de Bibliotheca Scorialensi, Alexandri Baroerii Catalogus MSS. Graecorum illius Bibliothecae, Ioannis Alexandri Brassicani de Bibliothecis, in primis Regia Budensi, Epistola, Epilogus ad lectorem, cum encomio Bibliothecae Augustae.

Prodiit editio noua ibidem, 1702, 4, cura D. Ioannis Andreae Schmidii, cui adiecta est Hermanni Conringii Epistola de Bibliotheca Augusta, quae est in arce VVolfenbuttelensi, ad illustr. et generofissimum Ioannem Christianum, L. B. a Boineburg, qua simul de omni re bibliothecaria differitur.

III Collectionem materiarum iterum suppeditat C. Gesnerus, Pandectarum, sive Partitionam uniuersalium, libris XXI. Simile praestitit Fabianus Iustinianus, Congregationis oratoriae Presbyter, cuius inscriptio est, Index uniuersalis alphabeticus materias in omni facultate pertractatas, earumque scriptores et autores designans, Romae, 1612, cuius laborem laude dignum merito prouuntiamus. Ioannes Molanus edidit Bibliothecam materiarum, cui annexus est Catalogus interpretum summarum S. Thomae. Georgius Draudius scripsit Bibliothecam classicam et exoticam, in qua maiorem apparatum et maturius iudicium desideramus.

V Speciales Bibliothecas exhibent Catalogi, inter quos illustris est Catalogus Oxoniensis, editus a Thoma Jamesio, viro doctissimo, sed hoc labore nimis festino, uel certe curas secundas ei non adiiciente, ita nempe factum, ut ex Baldo de Vhaldis et Baldo Perusino duos fecerit autores, cuius similia possint memorari. Sic etiam anonymorum titulo plurima, sed diuerfissima, scripta comprehendit, uitio perquam notabili in Bibliothecarum Catalogis, cum talia titulo rerum, quas

quas praeferunt, comprehendendi debeant. Eiusdem est Bibliotheca Oxonio-Cantabrigiensis, hoc est, Index MSS. in utraque uniuersitate extantium, in quo Bibliothecam Vaticanam descripsit Angelus Roccha, et ante eum Mutius Pansa. De Bibliotheca Viennensi legendariae sunt doctissimae lucubrationes Perri Lambecii.

VI Extant et singularium gentium scriptores a uiris doctis collecti et orbi erudito exhibiti. Sic Valerius Andreas Taxander edidit claros Hispaniae scriptores Moguntiae, 1602, 4, item, Alphonsus Garsias Matamorus de Academiis literatisque Hispaniae, T. II scriptorum Hispaniae, p. 804. Prostet etiam Bibliotheca Hispaniae de Academiis, Bibliothecis et scriptoribus Hispaniae, Francof., 1608, 4. Inter Gallos indicamus Andreac du Chesne Bibliothecam autorum historiam, qui historiam et topographiam autorum scripsierunt, Gallice, Parisiis, 1627, 8. Eodem retuleris Ludouici Iacobi a S. Carolo labores, quales sunt Bibliographia Parisina librorum ab A. CIOCXLI, usque ad A. CIOCLIII, Parisis excusorum, item, Bibliographia uniuersalis Gallica librorum, A. CIOCLXIII, sqq., per uniuersum regnum Galliae excusorum. Ad Germaniam pertinebit Henrici Pantaleonis Prosopographia herorum atque illustrium virorum Germaniae, Basileae, 1556, f., qua uero non tantum scriptores, sed etiam viri pietate et rei bellicae laude clari, comprehenduntur. Ad Angliam pertinet Ioan-

nes Balaeus de scriptoribus, Angliae illustribus, sed quem Ioannis Lelandi, doctissimi cuiusdam Angli, sed nullo sui merito ad obscuritatem damnati; exscriptorem esse, communiter notum est. Videnda pluribus de exscriptoribus Lelandi Dissertatione Beccani de Soliipsia. Ioannes Pitseus Relationum historicarum de rebus Anglicis, P. II et III, qui etiam Balaeum non nullibi reprehendit, sed re nulla, quae allatu digna sit, ipse uero se maxime suspectum reddidit, dum odio religio-  
nis reformatae cum catholicus esset, suos maxime extulit, reliquos uero longe minores habuit. Ad Scotiam pertinet Thomae Demsteri Historia ecclastica gentis Scoticae, siue, de Scriptoribus Scoticis libri V, Bononiae, 1620, 4, editi. Sed dum iusto plura et autorum, et rerum, Scotiae suae trbuit, peccasse, iam dudum notatus fuit, et memorabile fuit Cardinalis Bellarmini, de eo iudicium, qui, uisis duabus partibus istius Historiae, se uereri, dixit, si tertiam partem ediderit, ne Iesum Christum in Scotum transformaturus sit. Ad Hiberniam Iacobi VVardi de Scriptoribus Hibernicis libri II. Prior continet scriptores in Hibernia natos, posterior scriptores alios, qui in Hibernia muneribus publicis functi sunt. Bibliothecam Belgicam edidit Valerius Andreas Desselius. Ad Poloniam Simonis Starouolscii elogia centum illustrum Poloniae scriptorum. Quibus postremo adiungimus Bibliothecam Ioannis Buxtorfi, quae scriptores Hebraeorum indice alpha-

alphabetico exhibit, atque annexa est eiusdem libro de Abbreviaturis Hebraicis.

VII Denique Indicum expurgatoriorum in generalioribus hisce praecognitis facienda est mentio, qui ueluti sunt generales censurae, quibus quid legendum, uel omittendum, sit, exponit. Usus eorum introduxerunt Catholici, ut in ueterum omnium et hodiernorum Protestantium scriptis uel omnia, uel ea saltem, prohiberent, quae religioni ipsorum aduersari uiderentur. Et Leo X omnium primus fuit, qui censuram hanc prohibitoriam exercuit, quo de uid. Conringii praefat. ad Machiauellum, p. 6. Protestantibus iidem ex alio titulo usum praestant non exiguum contra ipsos Catholicos, quippe perfidiae ac falsationis eorum testes indubii, ideo tanto minus curant, si scripta sua iis nunc inseri uideant. Faciunt hoc notatu digna uerba Sculpetti in Curriculo uitae, p. 67, mensis Maii, die X, Deputati a Pontifice Cardinalis, Sfondratus, Bellarminus, etc., inter alios bonae notae libros meam quoque Concionum dominicalium, ad populum Heidelbergensem habitarum, ideam proscribunt, hoc ipsis testati, nihil mihi cum Anti-Christo Romano commune esse, ne libellum quidem ipsum. Tales sunt, (Nam titulos totos recensere oportebit) Index expurgatorius librorum, qui, hoc seculo, prodierunt, uel doctrinae non sanae erroribus inspersis, uel inutilibus, et inoffensiuae maledicentiae fellibus permixtis, iuxta sancti Concilii Tridentini decre-

decreterum, Philippi II, Regis Catholici, iussu et autoritate, atque Albani, Ducis, consilio et ministerio concinnatus, editus Antuerpiae, 1571, ex officina Plantini. Index librorum expurgatoriorum editus iussu Casparis Quirogae, Cardinalis et Archiepiscopi, apud Alphonsum Gumer, Madriti, 1587. Index librorum prohibitorum autoritate Pii IIII, Pontificis Romani, primum editus, postea uero a Sixto V auctus, et tandem Clementis IX iussu recognitus et publicatus, additis regulis et exequenda prohibitionis ratione, quos omnes coniunxit et recudendos curauit Franciscus Ianius, Hanoucrae, 1611, 8, cuius et hac de re praefatio uelut est Ioannis Pappi Epistola, ibidem praemissa, modis omnibus legi meretur. Denuo in Hispania prodiit Index librorum prohibitorum ad mandatum Bernardi de Sandoual, Archiepiscopi Toletani, qui Genuae recusus fuit, 1619, 4, feruntque hunc celeberrimo apud Gallos theologo, Chamiero, transmissum fuisse. Secuto tempore, nouos eiusmodi Indices uidere licuit, sed oscitanus compositos, adeo, ut multis modis ignorantiam suam censores et editores talium Indicum prodiderint. Talem scripsit Balthasar Aluarez, Lusitanus, e Societate Iesu, ad nostra usque tempora, qui autoritate Ferdinandi Martini Mascarinus, Algarbiorum Episcopi, et supremi per Lusitaniae regnum inquisitoris, editus est. Porro alias prostat nouus Index librorum prohibitorum et expurgatorum, editus autoritate et iussu

Anto-

Antonii Zapala, Cardinalis Hispani, 1631, f. De iure et more prohibendi, expurgandi et abolendi, libros haereticos et noxios aduersus Franciscum Iunium et Ioannem Pappum singulariter egit Jacobus Gretserus, Ingolstadii, 1603, 4. De expungendis haereticorum propriis nominibus in libris, etiam ad fidem non pertinentibus, singulari libro disputat Ioannes Baptista Cardona, Romae, 1576, 8.

## CAPUT II,

## Directorium generale historicum exhibens.

**A**d rerum ipsarum scriptores descensuri, indicando initio duximus, qui complexum scientiarum uel omnium in genere, uel in specie, prosecuti fuerunt. Prioris sunt Franciscus Baconus, Baro de Verulamio, in incomparabili scripto de Augmento scientiarum, in quo, si terminorum innovationem aliquam excipias, nihil nisi magnum erit. E contrario scripsit de Vanitate scientiarum Henricus Cornelius Agrippa, in quo libro bona et mala promiscue uidere est, nec ueretur, artes uetus scientiis ordinariis intermiscere. In eo uero potissimum frustra est, quod pleraque scientiarum non tam a rebus ipsis, quam ab opinione hominum sumpta, tradat, adeo, ut tam in scientias, quam in uulgas eorum, qui scientias tradunt, inuictiuas has suas uideatur scripsisse. Stigelii

gelii de eo non absurdum iudicium est Loc. theo-  
log. P. I, p. 115, Nihil esse hunc librum, quam So-  
phistam, decerpentem ex omnibus aliquid, quod  
ridiculum et odiosum, et puerile, est, reliqua bo-  
na obruere et sepelire. Excusationem aliquam  
ipse quidem uidetur moliri huic conatu suo, id-  
eo profitetur simul, certi quicquam nuspian, nisi  
in solidis Dei eloquiis atque eminentia uerbi Dei  
latere. Sed protestatio facta contraria est, et sa-  
cra ille aequae insectatur ac profana, adeo, ut ni-  
hil certius de eo sit, quam quod T. II Operum,  
eius proxima a libro hoc pagina ipsa facta est in-  
scriptio, Inter diuos nullos etc. Posterioris ge-  
neris alii methodum uniuersalem scientiarum  
scripsierunt, quales Ioannes Amos Comenius, in  
Pansophia, sed potius philosophiam sacram di-  
xeris, quam methodum encyclopaedicam, item  
VVolfgangus Ratichius, in Encyclopaedia, in qua  
tamen nihil sanum est, quantocunque haberetur  
in pretio. Cum Ratichius primum innotesceret,  
uelut et ipsum Ratichium solenni reuocatione er-  
rores fraudemque suam profiteri, oportuit. Die-  
ueil ich aber ein mehres gelobet und uersprochen,  
als ich uerstanden und ins uuerck richten koennen,  
und nicht allein ihre Furstl. Gnaden mit dergleichen  
uuorten aufgehalten und in grosse unkosten gefuhrt,  
sondern auch uuider ihre Furstl. Genaden mich un-  
danckbar erzeiget etc. So sind ihre Furstl. Gnaden  
nicht unbillig zur ungade und dahin beuuogen  
uuorden, daß sie mich in einem stublein und leydli-  
chen

chen hast enthalten lassen. Vnd, uuie ich hiermit erkenne und bekenne, daß ich mit langem uergebliechem auffenthalt grosse unkosten, etc., zu uiel und unrecht gethan, auch daruber um gnaedige und gunstige uerzeihung bitte, also reuersire und uerplichte ich mich hicmit, mit anruffung des namens Gottes, und so uuahr mir Gott helfe, daß ich meine uuohluerschuldete, doch leydliche, hast nicht eifern und raechen, sondern mir an gleich und recht uergnugen lassen, und auch ihrer Furstl. Gnaden VVeimarischen und Gothischen landes und gebiethes mich eussern uuolle. Quae uerba sunt literarum reuersalium, dat. VVolmsdorfii, die xi Iunii, A. c*1510*cxx. Nec absimilis ei philosophia Lulliana et Kircheri ars magna combinatoria, a Lullii principiis dependens. Felicior didacticus fuisse uidetur Philippus Glaunius, qui, spatio paucarum dierum, singulas disciplinas ac linguas se fideliter et cum discentium pleno fructu traditurum professus fuit, editis speciminibus etiam probauit. Vid. Bartholomaei Ernesti Bericht, eine kunst und sprache uermittelst thuentlichen fleisses innerhalb 8, oder 14, tagen ordentlich zu lehren, und mediocriter zu lernen, Francof. ad M., 1629, 4. Eiusdem Erneuerte manier einen burger und bauermann zu unterrichten, damit er etliche 100 bogen rechter Lateinischer uerse fullen moege, und uuas der nuz dieses uerkes sey. Vnicum desideratum nostrum est, quod metuamus, ne acceleratas plantas exhibeant didactici eiusmodi,

di, quae, quia consuetas orbis tempestates non sustinent, fructibus suis possunt carere. Ipsam uero scientiarum encyclopaediam edidit Ioannes Henricus Alstedius, scriptor magni nominis, in quo ratiōnē desideres primo, facta non pauca plagio similia, sic tractatus de Pane non ipsius est, sed alius, Theophili de Paga, Optica, quam tradit, est Aemilii Rhodii, deinde superficiariam, plerarumque disciplinarum, quas ipse conscripsit, trāstationem, quae uel in theologicis eius daret. Quanquam hic communis sit omnium scriptorum encyclopaedicorum mos, qui res omnes dum comprehendere conantur, paucissimas rite explicant, more humani ingenii, cuius ea imperfēctio est, ut, in plura dum distrahitur, eo ipso paucissimis par esse queat.

II Quodque methodo arbitraria in persequendis singulis scribendi generibus nos uti posse, autemus, a studio historico inchoandum duximus, pro cuius cultura in genere legendi Paulus Bolduanus in Bibliotheca historica, qua directoriū generale et speciale exhibit. Scriptum laboribus Draudii aequiparatus, de quo uid. c. 4, §. 4. Plagii suspicione non carere indicat Directorium, praefixum scriptorum historicorum Imperii Romani, praefixum T. I. scriptorum Germaniae, et lapsum iudicii in hac ipsa non leuem arguit Chronicus Suarzachensis, linea septima, mentio facta, cuius Freherus longe alia ratione meminit. Similem Catalogum historicorum insigniorum exhibit Philippus

lippus

lippus Glaserus in extremo Syntagmatis historiae theoreticae, item, Ioannes Bodinus in fine Methodi historicorum, quem et se continuare confitetur Glaserus, in fronte Catalogi sui. Inter recentiores Degoreus VVhear, Anglus, in Relectionibus historicis, quibus tamen non nisi annalium complectitur scriptores, licet et hoc labore ipsum facile supersedere potuisse, putamus, cum praeter encomia scriptorum, paucissima notatu digna exhibeat. Historicorum Graecorum et Latinorum syllabum in specie tradit Gerardus Ioannes Vossius. De historicis generatim prostant Reinerus Reineccius in Methodo legendi historias, G. I. Vossii Ars historica, Ioannis Bodini Methodus historicorum, sed in qua patriae suae, ut in aliis scriptis solet, nimium indulget. Ioannis Jacobi Beurerii Synopsis historiarum, Philippi Glaseri Syntagma historiae theoreticae, et in complexu de scribendis historiis, scriptores uarii simul editi, superiori seculo, prostant cum titulo, Artis historiae penus XIX scriptorum, Basileae, 1579, 8. De dubia fide historicorum omnium uid. P. Canonherius in Discursibus ad Tacitum, fol. 133, et C. Agrippae Censura historicorum, c. 5, de Vanitate scientiarum.

III In historia antiquitatum indicamus sequentes, Franciscum Ferrarium, Mediolanensem theologum, de Veterum acclamationibus, libris VII, Mediolani, 1627, 4. De Annulis antiquorum scripsierunt Ioannes Kirchmannus, Lubeca, 1623, 8,

B

For-

Fortun. Licetus, Vtini, 1646, 4, Georgius Longus de Annulis signatoriis antiquorum, Mediolani, 1645, 8, de Armillis veterum Thomas Bartholinus, Amstelodami, 1676, 12, ibidem, de Toga Romana, Hieronymus Borcius, Amstelodami, 1671, 12, de Calceo antiquo et mystico legatur Benedictus Balduinus, Parisiis, 1615, 8, de Coronis veterum Carolus Paschalius, Iulius Caesar Bulengerus de Conuiuis veterum egit libris IIII, Lugduni, 1637, 4, item, Ioannes Vil. Stuckius scripsit Antiquitates conuiuales. Funera antiquorum prosecuti sunt Ioannes Kirchmannus, Iacobus Gutherius, patricius Romanus, de Iure manuum, siue de ritu, more et legibus, prisci funeris, libris III, Parisiis, 1615, 4, Petrus Mostellus in Pompa ferali, Iulius Lauenius de Priseo et recenti funerandi more, in Operibus eius T. I, n. 2, Lilius Gregorius Gyraldus de Vario sepeliendi ritu in Operibus eius, T.I, p. 640, sq. De Lucernis antiquorum egit Fortun. Licetus. De Ludis priuatis ac domesticis veterum librum unicum scripsit I. C. Bulengerus, Hermannus Hugo egit de Militia equestri, de Militia nauali veterum Ioannes Schefferus, Franciscus Iunius scripsit de Pictura veterum libros III, I. C. Bulengerus de Pictura statuaria libros duos, Lugduni, 1627, 8, idem de Ludis veterum et conuiuis, Lugduni, 1627, 8. De Puerperio extat Syntagma Ioannis Meursii, editum cum eiusdem Syntagmate de Funere, Hagae 1604, 8. De origine scri-

scribendi uid. Hermannus Hugo. Thomas Bartholinus de Veteri Puerperio scripserat, sed Vulcano uix ereptum restituit filius Amstelodami, 1676, 12. De Sacris et sacrificiis gentilium Ioannes Vilelmus Stukius, Tiguri, 1598, f. Ioannes Meursius scriptis Orchestram, siue de saltationibus veterum, Lugduni, 1628, 4. Prosper Stellartius de Coronis et tonsuris paganorum, Iudeorum, Christianorum, libros II. Hieronymus Magius de Tintinabulis. Censurae scriptorum antiquitatum partes has indicari posse, remur, I non alia ab eiusmodi autoribus expectari posse, quam fragmenta, II uix quemque eorum ultra *zpiσων* extendi, III nec nisi ad antiquitates Romanas fere res suas dirigere. Videtur enim liberior in his, sed copiofior, *κριτεως* facultas esse. Antiquitates Graecae adhuc in desideratis sunt, nisi quae Meursius et anonymous scriptor Anglicanus praestiterunt. Eadem desiderata sunt in antiquitatibus Germaniae aliarumque nationum.

III In historia geographica duorum generum scriptores sunt, antiqui et recentes. Antiquae Geographiae scriptores iterum uel ipsis temporibus a nobis remoti sunt, uel nostro tempore de rebus antiquis scripserunt. Scriptores Geographiae ueteris a Dauide Heschelio editi sunt, Scylax Caryandensis, Martianus Heracleota, Artemidorus, Dicaearchus Messenius, et Isiodorus Characenus. Frequentioris usus sunt ex Graecis Strabo et Ptolemaeus, e Latinis Pomponius Mela,

B 2

C. Pli-

C. Plinius Secundus Maior, Caius Iulius Solinus.  
 Nostra aetate Geographiam ueterem illustravit  
 Abraamus Ortelius, Petrus Bertius, Ioannes Ian-  
 sonius, cumprinoris uero legenda Georgii Hornii  
 Introductio ad Geographiam ueterem. Deside-  
 rata in re geographicā praeter ea, quae Ricciolus  
 partim animaduertit, sunt, I iusta methodus tra-  
 ēandi Geographiam, ut ab eodem puncto lente  
 eamus, non transiliamus ad alia, sed in eodem  
 cursus desinamus, II iusta distinctio insularum,  
 marium et regionum, quae ideo distinctim a re-  
 gionibus proponenda sunt, quia naturaliter a  
 nulla regione dependent, III iustus index alpha-  
 beticus longitudinis et latitudinis singulorum lo-  
 corum, qualem Ricciolus quidem coepit, sed non  
 perfecit, eiusque usus maximus hic foret, ut sine  
 magno labore una quaeque loca desiderata in ta-  
 bulis inuenire possent, in quibus inueniendis alias  
 imperitoribus rei geographicae saepe aqua haer-  
 ret, IIII itinerariorum iusta historia, sic etiam  
 usus Geographiae magis conspiceretur, V status  
 comparatus non tantum Geographiae ueteris  
 cum recentiori, sed etiam Geographiae medio-  
 rum seculorum, in primis in Asia, Africa et Euro-  
 pa, tum Orientali, tum Occidentali, VI historiae  
 ciuilis ad Geographiam applicatio, circa quam  
 Geographia non magni usus erit, et ipsa historia  
 ciuilis saepe non intelligetur, nisi hac applicatione  
 rite facta.

V Recentem Geographiam exhibent incom-  
 para-

parabilia scripta quae Atlantum nomine edita  
 sunt a Ioanne Iansonio et Vilelmo Blaeu uariis  
 editionibus uariaque magnitudine. Ex his, re-  
 centior, quae nobis innotuit, editio Atlantis Ian-  
 sonii complectitur Tomis IIII tabulas geographi-  
 cas, Tomis V notitiam hydrographiam, die  
 VVasser-VVelt, cum notitia orbis antiqui, et praec-  
 primis ueteris et modernae Graeciae. Eodem  
 referendus Tomus singularis, quem Atlantem  
 coelestem uocant, siue harmoniam macrocosni-  
 cam. Et denique singularis Tomus, cuius titu-  
 lis est, Accuratissima orbis antiqui delineatio cum  
 tabulis Peutingerianis, cui praemissa est Georgii  
 Hornii Introductio ad Geographiam ueterem. In  
 Blaeu Atlante antiquior editio 1641 minoris fiet,  
 maioris pretii est recentior, qua T. VII tabulas  
 geographicas totius orbis exhibet, T. IIX Atlantem  
 coelestem, praestatque Atlantis Iansonii parte  
 secunda, qua Scotiam singulari industria tradit,  
 et parte sexta, qua Martini Martinii Atlantem  
 Sinicum fistit. E contrario uero Atlantis Iansonii  
 prae hoc praerogativa est, quod hydrogra-  
 phiam exhibeat, et Geographiam antiquam, in  
 quorum utroque Blaeu deficit. In utroque At-  
 lante desideraueris descriptiones, tabulis adiectas,  
 maiorem requirere accurationem, et uix respon-  
 dere nitori et accurationi tabularum. Porro  
 nitore pariter, et accuratione, in hoe studio se  
 commendauit Nicolaus Sansonius, cuius uariae  
 extant tabulae, uariis etiam editionibus emissae

B 3

sunt

Sunt 1658, item Europa 1651, Asia 1652, omnes lingua Gallica. His antiquior Abraamus Ortelius, qui Theatrum orbis terrarum eadem, qua Atlantes, postea scripti sunt, forma edidit, fol. scil. maiori, sed temporum nostrorum accurationi non amplius uidetur posse satissimacere. Extant etiam tabulae geographicae Vischeri, Dankarti, Friderici de VVitte, etc., sed nullo systemate inclusae, interea Fr. de VVitte ceteris anteferimus, quanquam ne ille quidem sine uitio sit, quemadmodum in tabula maiori Europae, loco Massouiae prouinciae, in Polonia, ponit VVarsouiam, etc.

VI Geographiam ueterem coniunxerunt Ioannes Anton. Maginus, et Petrus Bertius. Inter Compendiorum scriptores non inutiles sunt Georgii Fournierii Geographica orbis notitia per littora maris et fluviorum, item, Geographia Eberardi Schulzii. In Godofredi Schulzii Kurzer uelt beschreibung nihil sani est. In Philippi Cluuerii Introductione ad Geographiam desideramus, eam fere nihil ad hodiernam Geographiam facere, et Ioannes Buno eum quidem ab hoc negotio liberauit, sed in quo forte etiam emendari possit, Nissum Silesium, die Neisse, misceri albi, et huic similia. Henrici Schaeuui Sceleton geographicum itidem ingentibus laborat naeuis, quales sunt, Isthmum Italica uoce Esretto dici, Belgis canal, insulam Madagascar esse S. Thomae, Californiam esse in sinu Mexicano, magni Mogolis regiam esse Delli. Conf. Praecognita Geographiae Beccomanni,

manni, §. 7. De sola Geographia generali extant Bernardus Varenius, et Ioannes Baptista Ricciolus, in *Geographia et Hydrographia reform.* XII. *Onomasticon geographicum* exhibuit Ortelius in *Thesauro geographicō*, cui similis est, qui extat libro XI *Geograph.* Riccioli.

VII Scriptores historiae ciuilis, hoc est, qui politicū statū regnorum et rerum publicarū exhibent, indicamus Ioannem Boterū, cuius Descriptionē orbis Germaniae edidit Aegidius Albertinus. In Germania quid tentauit Sebastianus Munsterus in *Cosmographia* sua, Vir diligens, sed accuratione minori. Censuram huius *Cosmographiae* vide in Damiani a Goes Hispania, qua seorsim Hispaniam a Munstero defendit. Similis est *Cosmographia* Ioannis Rauen, in f., sed Munstero inferior. Iudicium Verulamii de scriptoribus cosmographicis uid. de Augmentis Scient. II, 10. In Gallia extant Pierre d' Auti *Theatre du monde Thesor politique*, in quo nihil desideres, nisi continuationem usque ad nostra tempora. Nam fine praecedentis seculi iam tum scriptus est, suppleuitque eius uices autor l' Europe uiuant, in quo nihil a diligentia scriptoris alienum, quam tamen uidetur nimis adhibuisse in rebus Galliae. Conf. iudicium in *Ephemeridibus eruditorum Tom.*, *Ephemeride V*, de eo latum. Eadem assimulamus, qua notitiam rerum praecedentis seculi, Philippi Honori Praxin prudentiae politicae. Inter recentes sunt autor *Archontolo-*

giae Cosmicae. Lucas de Linda in Descriptionibus orbis et omnium rerum publicarum, Ioannes Fridericus Poppingius in Orbe illustrato, qui utram plenioram maturitatem expectassent, impossibile certe erat utrius rationem status uniuscuiusque reipublicae describere, quia haec inter arcana est, eoque in scholis innotescere non potest, ne dicamus uitia prorsus puerilia in Linda reperiri infinita. Sic in Descriptione geographicā Angliae pleraque uitiosissime expressa sunt, cum tamen in Anglia egerit, idque omnium maxime mirum in Luca de Linda, quod praetensiones illustres illius iisdem uerbis in Sprengerī praefationibus illustribus occurrant, et tamen nec hic Sprengerī, nec Sprengerus illius, mentionem fecerit. Laudabilis uero prae istis est opera Georgii Hornii in Orbe politico et imperante, in quorum utroque tamen desideres, nullos autores citari, cum constet, autoritate Hornii nihil eorum robur accipere posse. In specialissimis forsan et lapsus aliqui calami interuenient, quos deprehendet, qui Descriptionem Germaniae examinauerit. Conf. iudicium ex Parnasso Albipolitano cum Sacrematio transmissum. Scriptores rerum publicarum huc etiam referentur, licet nec dum uno uolumine extent, operam tamen eorum, qui hoc ordine eos collegerunt, merito laudamus, nec diffidimus, eos rerum recentium adiectione continuatum iri, sine qua si sint, in posterum forte minori usui erunt.

IIX Sequitur, ut Chronographos tractemus, hoc est, illos historicos, qui certa temporum serie historias prosecuti fuerunt, quos quidem hoc ordine inducimus. Primum et antiquissimum scriptum est sacri Codicis, quo antiquiora quidem se habere Chinenses iactant, sed non alio, quam congenitae illius gentis arrogantiae fundamento. Post sacrum Codicem commendamus Flauium Iosephum, LL. XX. Antiquitatum Iudaicarum, quibuscum pro certitudine ad harmoniam sacrarum historiarum conferendi sunt libri eiusdem contra Appionem. Inter desiderata adhuc reponimus accuratam Iosephi editionem, eandemque debitissimis notis illustratam (\*). Quod

B 5 si fieret

(\*) Vixum mihi fuit, sequentem h. l. adiicere epistolam, typis, ut reor, nondum exscriptam.

VIRO ILLVSTRI  
DANIELI DE NESSEL  
AVGVSTISSIMI IMPERATORIS LEOPOLDI M  
CONSILIARIO ET AVGVSTAEC BIBLIOTHECAE  
VINDOBONENSIS PRAEFECTO  
HENR. LEONARDVS SCHVRZFLEISCHIVS

I. V. D

**S**aepe mihi in mentem uenit summae humanitatis tuae, quam fratri meo, V. C., ex Italia reverso, testamat fecisti, et reconditum rei literariae thesaurum, quem Bibliotheca augusta seruat, beneuole, ut tua fert consuetudo, aperuisti, atque inter alias et selectas, eosque manu exaratos, Codices, luculentum quoque et perrarum Iosephi Codicem, in-

Si fieret uniuersa historia uetus scitu digna (Nam gentilium historiarum quotquot sunt, nimia labo-  
rant incertitudine) debita luce sua gauderet, qua  
haec tenus caruit. Extat praeterea et alius Iosephus  
Gorionides, siue, Ben Gorcon, scriptor historiae  
de

spiciendum perinde, ac legendum, liberaliter pree-  
buisti. Quod beneficium is grata mente praedicat,  
atque in eo haud exiguum felicitatis suae partem  
sitam esse, arbitratur, hoc magis quod Iosephum,  
notis Iosephi Scaligeri auctum, decem abhinc annis  
et amplius, in Belgio sibi comparauit. Quem Ioan-  
nes Andreas Bosius, uaria et multiplici eruditione  
praeditus, diu multumque, sed irrito conatu, quaes-  
tiuit, caue de causa ad Nicolaum Heinsium, summa  
doctrina uirum, literas perscripsit, quas a D. Caspa-  
re Sagittario, cum uiueret, sibi traditas, patuis ante  
hebdomadibus, emisit. Ioannes Andreas Schmidius,  
eo iam nomine insigniter meritus, ac multa  
laude dignus. Evidem Iosephi huius potiundi  
spem sibi fecerat Bosius, et ea de causa obnixe ro-  
gauerat Heinsium, ut quandocunque nanciscendi  
facultas esset, sua ipse diligentia efficeret, ut sibi  
illius tractandi legendique copia fieret, et primo  
quoque tempore transmitteretur. Non recusauit has  
partes Heinsius, et laborem quaerendi facile in se  
suscepit, sed hoc conatu nihil effectum est, propter-  
ea, quod Heinsius ei significaret, Iosephum supre-  
ma voluntate Scaligeri ad Franciscum Gomarum  
A. c. 1515 peruenisse, sed ea lege, ut in curam  
Chronici Eusebiani rursus edendi incumberet, totum-  
que huic rei se daret. Sed quo minus hoc preestaret  
Gomarus, Scaligero ceteroquin carus, officisque  
coniunctus, lites inter eum et heredes Commelinia-

de Bello Iudaico, qui Hebraice extat, ac beneficio Munsteri, mutile tamen, in lucem prodiit Basileae, 1541, integrius uero excusus est Venetiis. Iudei hunc ne opponere quidem audent Flauio Iosepho, eo tamen niti amant, ipsum Iosepho uero,

nos exortae prohibuerunt. Illud certe cognitum habuit Heinsius, mortuo Gomaro, Iosephum, Scaligeri notis locupletatum, in Gomari Bibliotheca non repertam fuisse, adeo, ut, ubi latebram habuerit, se ignorasse, fateatur. Quamuis enim uicinas oras obiisset, Frisiāmque signillatim, perquirendi huius Codicis gratia, perlustrasset, tamen nihil inuestigare potuit, et consumptam ab se frustra operam Bosio rescripsit. Tandem ab amico submonitus, non desperditum esse Iosephum, aliquanto post ipsum certiorē fecit, sed quisnam id sibi aperuisset, e memoria excidisse, nec in tam arcto temporis spatio illius se reminisse posse. Vtrum ex animo ita senserit Heinsius, an e re sua non duxerit, librum, multis et eruditis animaduersionibus illustratum, fortunae committere, an re uera nondum in eius manibus fuerit, et in obscuritate illorum temporum latuerit, an denique ipsum aliis rebus impedītum eius obliuio ceperit, meum non est pronuntiare. Illud mihi constat, librum in Gomari Bibliothecam peruenisse, et ibidem aliquandiu delituisse, ab hoc ergo, an ab alio, cuius nomen reticetur, illum acceperit Goesius, affirmare non possum. Omnino enim inter libros Goesianos relatus est, quod docet index librorum, quem Ioannes Viuierius publici iuris fecit. Illud quoque animaduerto, Goesium in primis librum hunc sibi sepositum custodiuisse sedulo ac retinuisse. Haud secus eum

uero, quia causae Christianorum, uel certe Romanorum, fauet, anteferri. Sed impostorem esse hunc scriptorem, iam prolixè docuerunt Baronius Annal. T. I, A. LXXII, n. 27, Possevius in Appendice, uoce Hegesippus, Vossius de Histori-  
cis

magni aestimauit Heinsius, sed postea A. c*1610*c LVII  
Guilielmo Goesio obuenit, in cuius Bibliotheca  
comparuit, et A. c*1610*c LXXXVII, auctione facta,  
in magno licitantium certamine fratri meo obtigit,  
et satis care constitit, quem eius impensae nun-  
quam poenitebit. Quare, ut scrupulum ex animis  
eruditorum enellerem, reique publicae literariae si-  
gnificarem, ubi locorum inuenierit, ubi relictus et  
asservatus fuerit, quomodo ex Belgio in Saxoniam  
migrauerit, perfugiumque ibi tutum habuerit, ad  
me arbitratus sum, ut eruditis, opinione discrepan-  
tibus, indicarem, maxime sub hoc tempus, quo in  
Gallia Ioannes Anissonius annititur recudere Iose-  
phum multo elegantiori forma, et maiori uariarum  
lectionum et notarum accessione cumulatum. Au-  
tor mihi fuit Fridericus Rostgaardus, nobili apud  
Danos loco natus, et summo ingenio, locupletissi-  
maque eruditione praeditus, qui, postquam supe-  
rioribus diebus hac transiit, et, confecto tredecim  
annorum itinere, comparatisque uariae eruditionis  
et literaturae in Gallia et Italia, Hispania et Sicilia,  
ornamentis, thesaurum diu quaesitum, hic, nihil  
tale cogitans, inuenit, et pro summo in rempubli-  
cam literariam amore, non diutius occultandum  
censuit, eaque inductione animi fratrem peruicir,  
ut grauissimae obtestationi illustris uiri locum da-  
ret, praesertim cum renuntiaret de instituto Anisso-  
nii, Iosephum de integro edituri, qui et uarias

cis Graecis, II, 8, quibus addimus, scriptorem  
hunc Gorionidem non tantum impostorem, sed  
etiam historicum, cum Iudaeis omnibus, fuisse  
ignauissimum, libro III, c. 1, n. 5, sive totius Ope-  
ris c. 14, de Ptolemaeo Philadelpho, Aegypti Re-

ge,

lectiones, et ubiores eam ad rem animaduersio-  
nes, conquerit passim, magna cum laude opus  
hoc molitur, nitore et elegantia palmam facile aliis  
editionibus praeeretur. Profecto enim haec res  
summam industriam exposcit, et uirum *κριτικώτα-*  
*τον* desiderat, qui praelit tanto operi, et pro digni-  
tate rei prius moderetur. Quae causa fuit, quod  
frater superioribus annis notas has nequicquam  
communicare uoluit, haud odio et inuidia adductus,  
sed, quia subuerebatur, deesse operi moderando ui-  
rum, qui condigne has partes susciperet, et rectissi-  
me hoc munere fungeretur. De Bernardo, quem  
Oxonii propius cognouit, et allocutus est, existima-  
uit, tanto uix parem negotio futurum, quanquam  
non carebat subsidiis, et manuscriptas Petiti ac Bo-  
ssi notas iam tum possidebat, in Petito quoque in-  
terdum limam *κριτικής δυνάμεως* desiderabat. Haud  
aliter iudicasse Isaacum Vossium, non fama dun-  
taxat accepit, sed ex ore ipsiusmet Vossii, quem Vin-  
dosorae facilem praecipue et beneuolum expertus  
est, intellexit. Magis in eo doctrinae genere re-  
spexit Stephanum Monachum, interioribus studiis,  
iudicio et industria, spectatum, atque in Iosephi le-  
ctione, et antiquitatibus, illud argumentum com-  
pleteuentibus, apprime uersatum, sed nouam accu-  
ratamque Iosephi interpretationem ab eo, aliis oc-  
cupationibus districto, haud facile sperabat, et fru-  
stra quoque a Bernardo rogabat, neque a doctissimo

ge, subiicit, quod, eo mortuo, regnauerit imperium, siue Caesar, qui Romae, in Aegypto, Hierosolymis, in Babylonia, Media et Persia, rerum potitus fuit. Putidissima anhistorisfa uid. pluribus l' Empereur in Codice Middoth. Post Iosephum

Menagio, cum quo saepe ea de re frater sermones habuit, id ipsum efflagitare audebat, cum in edendo Diogene curam poneret, et diligentiam periclitaretur. Nihil hic addo. Neque enim chartae spatium sinit, de Hipparcho Victorii quicquam referre, cui ex Graecis Codicibus non pauca adiecit Iosephus Scaliger, atque in eo, sicut in aliis, industriam haud vulgarem demonstravit. Notas illas, abit, ut orbi eruditio frater inuidet, quas describi expedit, et legi publice interest, uel ea maxime de causa, ut cum Dionysii Petavii editione conferantur. Eadem adiumento esse possunt Bentleio, Anglo, aut cuius alii, in posterum curaturo, ut Hipparchus, forma et facie noua, rursum conspiciatur. De industria praetereo, quem ab eo, quem collaudauit, animaduersore, in uariae eruditionis argumento prodita et annotata sunt, quorum non pauca apud nos extant, et summi uiri studium laboremque in omni literaturae et antiquitatis genere ostendunt. Quod cum ad te summa dignitate uirum, et reconditae eruditionis existimatorem multo dexterimum, perscribere operae pretium duxi, tum aliorum, qui te obseruant singulariter et colunt, exemplum imitari magnopere uolui, praesertim medici et polyhistoris, Henrici Meibomii, in Iulia longe celebrissimi, qui eruditam et grauem, luculentamque, de Austriorum et Guelphorum necessitudine commen-tationem nomini tuo nuper inscripsit. Quod re-

phum commemorandi sunt Berosus, Babylonius, Manetho, Aegyptus, sed ex his non nisi paucissima fragmenta supersunt. Illi libri, qui Berosi Antiquitatum nomine circumferuntur, suppositi sunt, et ab Ioanne Anno, monacho Viterbiensi, conficti, quia aliarum quoque eiusmodi fabularum autor est, quas antiquissimorum scriptorum nomine legere studemus. Vid. Casp. Varerii Censura de Berofo, Romae excusa. Extant eadem fraude ab ipso editi Manetho et Megasthenes. Prolixa fraudis indicia ab aliis indicata sunt, nobis satis erit meminisse, Annium ne merum quidem Megasthenis nomen sciuisse, alioquin non Metasthenem uocasset, quae appellatio ne Graeca quidem est, sed Megastenem, ut faciunt Athaenaeus, Arrianus, Cicero, etc. Vid. Vossius de Historicis

Grae-

---

stat, ego maximam in eo felicitatis meae partem  
deinceps collocabo, si publicum hoc meae obser-  
vantiae testimonium aequo animo accipias, et co-  
natus meos in antiquitate et historia Germanica di-  
ligenter ornanda, pro tua, qua potes et polles, au-  
toritate, haud grauato iuuandos pures, et fratri in-  
primis foedum ingrati crimen detestanti, fauere  
pergas. Ita Deus augustissimum Imperatorem et  
augustissimum Romanorum Regem, et uniuersam  
augustam domum, inuictam semper conseruet, et  
heredes arque successores augusti nominis perpe-  
tuos, maiorumque similes, et felicitate pares, omni  
temporum statu propitius tribuat ac largiatur.  
Vittembergae ex Museo pridie Kalend. Nouembr.  
A. CIC 19 CIC.

Graecis, I. 3. Similiter apud Annii Berosum uix  
 quicquam eorum inuenitur, quae ex uero Beroso  
 citat Iosephus, immo, interdum pugnantia habet,  
 ut cum ait, Babylonem a Semiramide fuisse con-  
 ditam, cum Iosephus dicat, a Beroso scriptum  
 fuisse, eam a Seramide non esse aedificatam. Vid.  
 Vossius d. 1. c. 13, de Megasthene uide eundem,  
 c. 14. Antiquissimus historicorum Graecorum,  
 qui hodie extant, est Herodotus, historiae parens,  
 ut a Cicerone appellatur, libro de Legibus. Ita  
 namque diuina prouidentia factum uidetur, ut  
 ab eo tempore, ubi definit historia Prophetarum,  
 qui ea, quae Spiritui sancto digniora fuerunt uisa,  
 in scriptis suis ab ineunte mundo ad Cyrum usque  
 enarravit, Herodotus a Gyge, Lydorum Re-  
 ge, Ezechia et Manasse, Iudeorum coactaneo,  
 auspiciatus, ad Cyrum ipsum peruenerit, atque  
 ita Medorum et Persarum historiam usque ad  
 Xerxis fugam e Graecia diduxerit. Vid. Dego-  
 reus VVhear, Methodo legendi historias, lect. IX.  
 Herodotus scripsit libros IX, quos Musarum no-  
 mine appellat, ea ratione, qua tres Aeschynis Ora-  
 tiones, ob numerum simulque gratiam sermonis,  
 tres Gratias dixerunt, et nouem eius Epistolas  
 Musas uocarunt a Musarum nomine, teste Photio,  
 Biblioth. excerpto LXI. A Ludouico Viue et aliis  
 mendaciorum accusatur. Vid. Viues de Causis  
 corrupt. artium, II. Ex antiquis etiam Plutar-  
 chum aduersarium habuit, cuius peculiaris tra-  
 tus extat de Herodoti malignitate, operum mora-  
 lium

lium p. 854, et ante hunc Ctesiam Cnidium. Et Ctesias quidem hic fere in omnibus repugnantia Herodoto narrat. Illum in multis et mendacem, et fabularum scriptorem appellat, se autem eorum, quae narrat, magna ex parte oculatum testem fuisse, aut certe, quae uidere non licuit, de iis a Persis, qui uidissent, edoctum fuisse, teste Photio, qui eodem modo ipsum Xenophontem, de quo mox dicetur, dissentire, commemorat, sed uanitatis ipsum Plutarchus arguit in Vita Artaxerxis, et Iosephi Scaligeri tale de eo iudicium est, Fuisse ineptum Graeculum, qui nihil per se habuerit, modo Herodoto aduersaretur, multa ab eo humanitas, multa etiam consulo per zelotypiam, peccari, idque non obscure ex Photio cognoscit, cui addimus, fatendum quidem esse, Herodotum fabulas saepe admiscere, sed eundem ob haec se ipsum excusasse, se non, quod uera existimet, sed, ut ab aliis acceperit, ea recitare, VII, 152. Vid. Herodoti defensionem a Ioachimo Camerario susceptram, quae editioni Iungermannii praemissa est, p. I, sqq. Prostat editus lingua Graeca, quae ipsi uernacula fuit, editus etiam est Latine, Germanice, etc. Nobis maxime placet editio Graeco-Latina, a Iungermanno curata, 1628. Vnus Dionysius Godofredus, praefatione sua in historias antiquas, *historiarum studiosos cognitionem earum haurire iubet non ex decima*, ut ait, *lacuna*, sed illo Annii Berofo, Manethone et Metasthenie. Quia uero non ignorabat, viros doctos cen-

C

fere

sere circa istos scriptores suppositos, et mendis  
 mendaciisque coopertos, continuo adiungit,  
 Suspectae sunt ac fluxae fidei apud viros quosdam  
 eruditissimos. Sed, quod sua illis, mea mibi aliis  
 que opinio est. Et, post pauca, Quod si morose ac  
 pertinaciter in superioribus autoribus recensendis  
 manserint, eodem per me licet documento de Biblio-  
 thecis suis Berosum et alios asseruent, quo Herodo-  
 tum quoque denique priores Dionysii Halicarnassei,  
 ac multorum aliorum, et maxime Plinii, historici,  
 libros, sed inquit, Seriem Principum, quos Berosus,  
 Manetho, Metasthenes, enumerant, pene totam Eu-  
 sebius Chronicu suo recenset, qn in nec difficile fue-  
 rit, apud veteres eosdem quoque nancisci atque of-  
 fendere. Haec tenus Godofredus. At toto errat  
 coelo. Annianus ille Berosus multos comminiscitur  
 Reges, qui nunquam extant, quod satis viri  
 docti ostenderunt. Vid. Vossius d. l., c. 13. Pro-  
 ximus ab Herodoto est Thucydides, qui a Xerxis  
 e Graecia discessu, in quo desinit Herodotus,  
 usque ad XLII annum belli Peloponesiaci, annorum  
 fere LXXVI, historiam IIX libris definiuit. Sel-  
 dius, Caroli V Confiliarius, in Epistola quadam  
 Melanchthonem et Peucerum rogat, uelint Latine  
 reddere Thucydidem. Optima editio est Enen-  
 kelii. Prostat etiam Graeco-Latine, ab Aemilio  
 Porto editus. Anglice eum reddit Hobbessius,  
 et Carolus V, Imperator, eum tanti fecit, ut nun-  
 quam cubitum iret, quin ex Thucydide sibi praeg-  
 legi ante iuberet, laudante Hobbesio. Olim ea-  
 dem

dem fata tulit, quae Herodotus, sed iniuriam istam iam tum absteruit. Vid. Vossius d.l., c. 4. Succedit Xenophon, qui Graeco-Latine prodiit, edente Ioanne Leunclauio, 1596, Gallice, 1613. Scriptis Helenicon libris VII, quibus ab A. XXI belli Peloponesiaci incipit, quo desinit Thucydides, definitque in pugna Mutinensi, qua Thebani Lacedaemonios uicerunt, duce Epaminonda. VVhear d. l. lect. X. Idem scriptis de Expeditione Cyri, iunioris, contra fratrem Artaxerxem, Regem Persiae, libros VII, cui ipse etiam interfuit. Cyropaediam V libris institutione Cyri ideam boni Principis potius designauit, quam ut uitam Cyri uere descripscerit, quem ad modum ab Eusebio Vita Constantini M., et a Plinio Traiani Vita descripta fuit. Ita Cicero ad Quintum, fratrem, diferte scribit, Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus est, sed ad effigiem iusti imperii. Ac similiter Ausonius, Oratione, qua Gratiano Pio pro consulatu gratias agit, *Velle*, si rerum natura pateretur, Xenophon Attice in aeum nostrum uenires, qui Cyri uirtutes nouisti potius, quam historiam commodasti, dum dices, non qualis esset, sed qualis esse deberet. Erasmus praeterea in Vita Hieronymi in dubium vocat, non quod effigiem Principis scripscerit, sed augsti imperii expreßerit, Xenophon, inquit, paruum quendam expressit potius, quam uere prudenter ac salutarem, Principem. Xenophonti subiicimus Diodorum Siculum, qui Bibliothecam

historicam scripsit, XL libris constantem, quibus historiam uniuersalem exhibuit, a primis rerum, iuxta ethnicorum fidem, initiis usque ad coeptum a Romanis bellum Celticum. Ex his libri priores V res gestas seculorum fabulosorum, ante bellum Troianum, complectuntur, sequentes a V ad X perierunt. Ab initio uero XI usque ad XVI eam historiam persequitur, quam Thucydides et Xenophon scripserunt. Extremo autem XV historiam Xenophontis suscipit continuandam, quem ad modum ipse loquitur. Hoc ipso anno Xenophon, Atheniensis, Graecorum historiam cum Epaminondae interitu concludit. XVII deinde Alexandrum M., XIIII, XIX, et XX, successores eius describit. Reliqui perierunt, nisi quod excerpta quaedam eorundem habeantur. Vid. VVhear d. I. le<sup>t</sup>. II. Scripsit Graece, quæ lingua etiam prodiit Parisiis, 1559, Graeco-Latine editus est Hanotiae, 1604, a Laurentio Rhodomanno simul notis eiusdem et excerptis ante commemoratis. A Plinio nobile hoc elogium aufert, ipsum primum inter Graecos desisse nugari. Nostris temporibus soli Ludouico Viui displicuit libro II de Causis corruptarum artium, Nescio, ait, cur *Plinius dicat, desisse primum apud Graecos nugari, cum nihil eodem sit nugatius.* Sed defenditur ab Henrico Stephano in fine tractatus eius de Diodoro Siculo, quem uide praefixum editioni Rhodomanni. Mouit eruditum illum censorem, Ludouicum Viuem, ut iniquum adeo iudi-

ibus  
um,  
um  
prior  
ante  
es a  
e ad  
ydi-  
tem  
uan-  
ipso  
isto-  
XVII  
suc-  
nisi  
tur.  
qua  
tine  
odo-  
unte  
um  
nu-  
vii  
um,  
vud  
Sed  
atus  
um  
um  
leo  
di-

iudicium ferret, quod primis libris tradat historiam fabulosam, siue, ut Diodorus ipse uocat, antiquam mythologiam. Atque ipsa hac appellatione se satis purgat Diodorus. Adde, quod istae heroicorum temporum narrationes pro meritis fabulis haberi minime debeant. Nam uerum iis argumentum subest, sed fabulosa quaedam admiscentur. Nec mouere debet, quod scriptoribus huiusmodi in multis non conueniat. Cogitandum uero est, non temere esse, quod conueniat in multis. Et sane cum narrationes eiusmodi ab historia quidem originem capiant, sed tamen longo aeuo in ista ingeriorum uarietate multum ex falso trahant, nihil mirum est, si in fabulosa historia aliquis inueniatur dissensus. Vid. Vossius de Historicis Graecis, II, 2. Historiam Alexandri M. Graece scripsit Arrianus libris VII de Expeditione Alexandri M. Apud Suidam iunioris Xenophontis nomen meruit, melioris notae eius editio constat Graeco-Latina, edente Bonauentura Vulcanio Parisiis, 1575, f., eo etiam nomine laudanda, quod sicubi in Arriano occurrant, quae Curtius exprimit ex suis locis ad marginem adiecta sunt, unde non parum adiumenti lectori accedit. Eandem historiam tractauit Plutarchus, libris II, uno de Vita Alexandri M., altero de uirtute et fortuna eiusdem, quos uide T. II Operum ipsius eosdemque simul cum Arriano exhibuit Bonauentura Vulcanius. Latine de rebus gestis Alexandri M. scripsit Curtius, quem libris II initialibus immi-

nutum esse, notum est. Nobis maxime arrisit editio Leidenfis, 1658, cum notis Raderi, Freinsheimii et Loccenii, illustrata. Inde historiam uniuersalem tractauit Polybius et Appianus Alexandrinus, qui res gestas successorum Alexandri M. complexi sunt, qui tamen, quod historiam suam Romanæ historiae inferuerint, a nobis in notitia rerum Romanorum plenius describentur. Secutis temporibus istud certa tempora describendi genus partim interiit, partim historiae Imperatorum Romanorum immixtum fuit, unde quicquid hic desiderari potest, illud ex historia Romanorum, successorumque Graecorum Imperatorum petendum erit. Alii, qui simile quid tentarunt, plerique Chronico uniuersali rerum ab initio orbis gestarum, earumque ad tempora sua perduectarum id praefsterunt, unde et horum non hic adeo, quam inter Chronologos uniuersales omnium temporum facienda erit mentio. Inter recentes, qui historiam uniuersalem certorum, seu potius suorum, temporum tradiderunt, exstigit Paulus Iouius, qui historiam sui temporis exorsus fuit 1494, ac desit, 1546, De dubia eius fide uid. Bodinus, Methodo historiarum, c. 4, p. 59, 60. Paulo post, et quidem ab initio seculi XV, scribere coepit vir incomparabilis, Iac. Aug. Thuanus, Historiam sui temporis, eamque produxit ab A. 1510 C. 1519 exclusive. Inde ab aliis continuatus eadem fide, sed minori cum iudicio. Prostat Latine, Belgice, Germanice, uariis

uariis in formis, in f., 4, 8. Totius operis haec est diuisio. Distribuitur in V partes, seu Reges. I. pars est Henrici II, ab A. c. 10 45, ad A. c. 10 59, absoluiturque XX libris, et si XXII comprehendat, uerum primus ad sequentes quasi manuductio est II Francisci II, A. c. 10 61, ad A. c. 10 65, libris IIII, III Caroli IX, ab A. c. 10 65, ad A. c. 10 LXXIIII, libris XXXI, IIII Henrici III, ab A. c. 10 LXXIIII, ad A. c. 10 XXIX, libris XXXIX, V demum de Henrici III principatu, rebusque ab eo gestis, ab A. c. 10 XXIX, ad Ludouici XIII natalem, qui incidit in A. c. 10 CI. Et iam satis sibi gratiae apud bonos quae situm scriptor existimauit, ut desistere uellet, satis etiam calumniarum ab improbis senserat, ut pèrgere nollet. Sed ingens iuuandae posteritatis amor uicit, intermissioneque iam per decennium, scriptio- ni, XVII libros, ad ipsius Henrici excessum usque pertingentes, adiecit ac praeterea singulis libris singulas historiarum summas, sive breniaria, praefixit, subiectis, etiam autorum nominibus, quo religiosior incedat historicæ narrationis sub testi- bus fides. Ex praef. ad lectorem, Tomo I, editioni Geneuensi praemissa. De modo scribendi ipse profiteretur in praef. ad Regem, opus in ca- stris, inter turbas et obsidiones inchoatum, postea in aula Henrici III creuisse, ac iam inter fori molestias, peregrinationes, aliaque negotia, ad ipsius usque tempora productum esse. Vnde in- epiti Scioppius, qui tantum uirum ob stylum su-

gillat, Styli hist. p. 104. Postea subiicit, Se non tam de fide, cuius sibi bene conscientius sit, aut industria sua, in qua excusanda de clementia Regis et legentium candore minime desperet, anxum esse, quam uereri, ne, quod maximam historiae partem facit, plerisque, qui extra periculum positi, in aliena calamitate (intelligit motus Gallicos) minus aequi, aut nimis lenti sint, molestum sit ac fastidiosum. Et certum est, de fide eius non dubitandum esse, nisi, quod in circumstantiis minoribus subinde fallat. Sic, librum Concordiae dicit Seruestae conditum libro XLVII, quem tamen in monasterio Bergensi conditum esse, notum est. Libro I dicit, Pentacurium Azores detexisse, quem, omnium itinerariorum fide, constat, Canarias insulas adiisse, et, ne illas quidem primo, sed, post alios tamen, subegisse. Inter aduersarios eius est, qui quoque fidem eius dubiam reddere conatur, qui, Ioannis Baptista Galli nomine, notationes in historiarum eius libros emisit Ingolstadii, 1614, 4, sed liber hic eodem anno imposturarum et calumniarum aduersus magistratus regios a praetore praefecturae Parisiensis damnatus est, sub poena quingentarum librarum Parisiensium, uendi prohibitus fuit, quam sententiam et recentiores Thuani editiones praefixam gerunt. A Catholicis communiter Politicae Catholicae titulum aufert, quod moderatiorem erga Protestantes se praeberet. Ab iisdem cum castratus esset, non ita pridem  
inte-

integritati suae redditus fuit, quam uide in libello Amstelodami edito, 1653, 12, cum titulo, Thuanus emendatus. Cui simul Fr. Guicciardini loci adiecti sunt, quos Catholicci ex historia eius exciderunt. Inter excerpta ex eo sunt index nominum priorum, quae in uiri illustris, I. A. Thuani historia leguntur, cum uernacula uocum expositione, Coloniae, 1662, 8. Thuano proximum sistimus Franciscum Guicciardinum, cuius historia incipit ab A. 1493, desinit, A. 1533. Libris constat XX, uariis linguis in f. prodiit. Fata eadem tulit, quae Thuanus, ut a Catholicis parte aliqua mutilatus fuerit, quam commodo sibi haud fore opinati, quippe agentem de origine potestatis secularis in Romanam ecclesiam. Eam simul cum Thuano emendato editam, iam saepius indicauimus. Reperitur praeterea in T. III Goldasti de Monarchia sancti Romani Imperii, p. 17. Primus eam indicauit Petrus Pithoeus, cuius etiam praeftationem, d. l., Goldastus exhibit. De Francisco Guicciardino Lipsii iudicium est, ipsum prudentem esse peritumque scriptorem, et tales labores fecisse librum ueracem, ab affectibus immunem, non tamen ab odio, quod retegere non semel uidetur in Ducem Vrbinatem apud Canonierum discursibus in Tacitum, f. 133. Vnus inuentus est, qui tam alte aedificauit, ut non modo leuissimorum hominum, sed etiam Iouii et Bembi luminibus obstruxisse uideatur Bodinus Methodo historiarum sc. 4, p. 72. Conf.

p. 59, ubi historiae parentem appellat, qui omnium iudicio uerissime scripsisse uidetur. Ioannis Sleidani de statu religionis et reipublicae, Carolo V regnante, libri XXVI, ad statum Germaniae potissimum attinent. Continuatores tamen historiae universalis eorum temporum eum auxerunt. Prodierunt forma et linguis uariis. Nomen Sleidani a patria datum, quod oppidum Sleida fuit ad confinia Luxenburgensis et Iuliacensis ducatus. Ad fidem eius quod spectat, Thuanus, se multum ei tribuere, fatetur, et Carolo V de eo iudicium fuit, *se aut proditores consiliorum habere, aut Sleidanum spiritus familiaris auxilio aliquid didicisse.* Ipse quoque Apologiam libris suis praefixit, qua Deum testatur, *se nihil, nisi quod uero congruum sit, concepisse*, cui mox addit, *Stolidum fore, aliqua contra ueritatem a se scribi, cum talia sint, quae in recenti omnium memoria haereant.* Intercea Catholicis suspectissimus est, e quibus unum Purpuratum, Pallauicinum, allegamus, qui durissimam hanc in eum fert sententiam, Apparatu ad Concilium Tridentinum, c. 4, *Illud exploratum est, Sleidanum non solum Catholicu nomini infensum esse, sed etiam, ob mendacia, famosum.* Cuius uitii eum ex instituto conuicerunt Surius, et, inter Gallos, Fontanus, alii, sed horum testimonio haud facile mouebitur, qui affectus Catholicorum nouit. Verum e Protestantibus etiam Dresserus scribit, Oratione, de Vsu historiarum, Carolouitium, uirum, qui plerisque negotiis istorum temporum  
inter-

interfuit, saepe dixisse, Sleidanii historiam adimere  
 sibi fidem omnium superiorum historiarum. Quod  
 uero maius est, idem indicat autor uitae Ioachi-  
 mi II, Pr. Electoris Brandenburgici, Franciscus  
 Hildestein, qui inter alia, de priuatis Electoris in-  
 stitutis dum agit, pagina penultima, *Cum historias,*  
 inquit, *inter prandendum sibi p[re]a[e]legendas curaret,*  
*multa in iis correxit, ut autor et testis oculatus,*  
*quem decem auritis p[re]aferri, sciebat.* Continua-  
 uit eum Caspar. Lindorpius in nostrum usque se-  
 culum, III voluminibus, emissa, 1613, fqq. Ab  
 eodem prodiit Sleidanus rediuiuus, usque ad A.  
 CIO 1677, Germanice etiam in si, item,  
 Michael Beuterus, qui praeterea edidit libros Com-  
 mentariorum IIX, de rebus, in Europa, et alibi a  
 Carolo V gestis, quibus multa traduntur, quae a  
 Sleidano omissa sunt, non nulla etiam aliter effe-  
 runtur. Denique Gotthardus Arthusius, Dan-  
 tiscanus, emisit Mercurium Gallo Belgicum Slei-  
 dano succenturiatum, ab A. CIO 1545, ad A.  
 CIO 1626, 8. Hunc iterum secuti Georgius  
 Beatus et Ioannes Philippus Abelinus, Mercurium  
 Gallo Belgicum Gotthardo Arthusio succenturia-  
 tum, Tomis XVI, XVII et XXIX, ediderunt. Porro  
 Natalis Comes, Venetus, Scripsit historiam sui  
 temporis libris XXX, ab A. CIO 1545, ad A.  
 CIO 1626, qui legendi sunt cum notis Caspa-  
 ris Pitschii, nec exiguam eruditionis laudem  
 meruerunt. Soli Scaligero autore uidetur minorum  
 gentium et homo futilissimus esse, (uid. Se-  
 thi

thi Caluisii C. IIII, p. 309) sed in genere de Scaligero notandum, cum nimium sibi tribuisse, aliosque contempssisse, unde non mirum est, si et Natalem Comitem strinxerit. Exeunte anno 1590, coeperunt scribi Relationes historicae, quales sunt, Tobiae Stegeri, Iacobi Francken Eyzingeri, Theodori Meurers, Gregorii VVintermonath, item, Mercurii Italici, Gallici, Gallo-Belgici, uariis linguis editi, quales Mercurius Italicus, autore Victorio Syri, Gallicus, cuius alicubi L<sup>o</sup> er-  
set prae se fert. Gallo-Belgici etiam Francofur-  
tano nomen dederunt paullo ante citati Gothardus Arthusius, et Abelinus, Colonensi Ionsonius Porunensis, cuius Tomos XIII haetenus uidere  
licuit. Sed Mercurium Gallicum suum ipse Gramondus commentorum arguit, mox passim  
mendacem esse, scribit, Hist. Gall. X, p. 474. In  
reliquis quadrat iudicium Duri de Pasculo, in Au-  
lico politico suo, Aulicus parum fidei tribuat, ple-  
risque communioribus funebribus, quas passim di-  
uulgant, ut et nugis Francken, Eyzingeri, Mer-  
curii Gallo-Belgici, et similium, quibus uiuentibus  
turpiter imponunt, et posteritatem foede deci-  
piunt. Et Keckermann de Natura historica Re-  
lationes semestres historicae, quae Francofurti edi-  
solent, ut Relationes, Mercurius Gallo-Belgicus, etc.,  
quae ab hominibus pecunia conductis, qui rebus  
gestis non interfunt, Francofurtum perscribuntur  
ex uariis provinciis, qui ipsi tamen fama et ru-  
more acceperunt, id circa multum in historiae  
leges

leges peccari, et plurima falsa talibus relationibus misceri oportet. Vid. pluribus Index Francisci Irenici, Collegio in Burgoldensem annexus, p. 123. Ab A. 1310 LXXVII coepit Paulus Praetius, Episcopus Pramissiensis, Chronica sua gestorum in Europa singularium ad A. 1310 CXLIX. Vir studio ueritatis nemini secundus, carpitur tamen non nullibi a Francisco Marino, libro de Scopo reipublicae Polonicae. Praeterea et ipsis Chronicis eius obseruationes adiectae sunt ad paucos aliquot locos, quibus de rebus Gallicis et Belgicis tractans, a ueritate non nihil aberrauit. Ab A. 1310 CXLIX, orditur historiam sui temporis, usque ad A. 1310 CLIII, Io. Adolphus Brachelius, quam dum compendio exhibuit, eruditio orbi ut cunque satisfecit. At continuator eius Christianus Ad. Thuldenus neutquam, quippe in quo plus ceremoniarum, processionum pontificiarum, affetu quoque erga religionem suam, quam rerum, ad ueram historiam pertinentium, passim apparere, uel inspicientes in historias animaduerunt. Ne errores historico indignos commemorremus, quales ad A. 1310 CLV, p. 102, Marchiam ueterem allui Viadro, item, p. 106, Polonorum Postpolite Russenic, ridicule scribit Postpoliti Rostinez, A. 1310 CLX, p. 414, coronationi Caroli, Regis Angliae, nobilem quendam affuisse, qui Vher nomine fuerit, atque Vher est ipsum nomen officii, quod nobilis tunc gessit, item, p. 160, dicit, Principem electoratus Branden-

denburgici heredem Carolum Aemilium praecipite uere natum esse, cuius natalis est V Februarii. Est tamen, ubi Brachelius etiam sui obliuiscitur. Sic de Colloquio Thuronensi A. c 1013-14 vix aliqua apud ipsum fit mentio. Libro III ad narrationem de parricida Ducis Buckingkam profsus contraria tradit, quam acta Anglicana hac de re docent. Eodem anno c 1013-14 Meriani cooperunt Theatrum Europaeum suum edere, et A. c 1010-11 Martinus Meurerus Diarium Europaeum subinde, Philemeri Irenici nomine lectus, ambobus an iudicia, superius ad Relationes historicas, lata quadrent, lectores iudicabunt; bona certe malis mixta utrinque reperire est. Acta publica etiam non aequa fide semper exhibita, subinde nimis uilia inspersa. Sic articuli pacificationis Bremensis, A. c 1010-11 in Theatro Europaeo profsus discrepant ab iis, qui uere conditi sunt. Defensio Friderici Kretschmars in Continuatione XX Diarii Europaei nimis tenuis est, et uix digna, quae inter gesta Europaea compareat. Continuatione IIII meminit Ducis de Orlando inter Anglos, qualis nunquam extitit, et scribi forte potuisse Dux Ormundiae.

IX Sequitur, ut agamus de scriptoribus historicis omnium temporum, siue de Annalium scriptoribus, tales sunt primo e Graecis Eusebius Pamphili in Chronologia, quam edidit et notis illustravit Iosephus Iustus Scaliger. Post eum est autor Chronicæ Alexandrini, qui praecedenti seculo

culo Fastorum seculorum, nunc Chronicus Alexandrini, nomine innotuit, editus a Matthaeo Radetio, eiusque notis illustratus, Monachii, 1615, 4, in quo unice desideres hiatibus adhuc replerissimum esse, aliisque tum interpretis, tum scribentis, uitio laborare mendis, quae haec tenus ex nullo MS. corrigi potuerunt, nisi Ioannis Melitae Chronicum Antiochenum, haec tenus ineditum, ipsi aliquando subsidio ueniret. Melitam hunc autorem Chronicus nostri non dicam *κατὰ πόδα* sequi, sed magnam partem exscripsisse, uidetur. Sergius, monachus, Patriarcha, Georg. Syncellus, script excerpta chronologica ab ortu rerum ad Maximum, et Maximianum, tyrannos, uniuersum Eusebii Chronicum nulla uerborum immutatione transtulit, sed ita, ut perpetuus pene sit in Eusebio insectando, ac raro eum sine contumelia dimittat. Interim fatemur, merito saepe ab Eusebii dissen- tire. Vid. Vossius de Historicis Graecis, VII, 24. Theophanes Confessor deinde Chronicum istud continuauit a Constantino M. ad Nicephorum Logothetam, et initium Michaelis Rancabae. Georgius Cedrenus itidem edidit Compendium historicum ab ortu rerum ad Isaaci Comneni tem- pora, quod prostat nunc cum uersione Xylandri, eiusdemque et patris, Iacobi Goar notis, item Glossario Fabrotti. In rebus Byzantinis Zonara paullo diligentior est, in iis autem, quae Constan- tinopolitanos Caesares praecedunt, cedit Zonarae, a quo et stylo uincitur, uti etiam a Niceta et Gre- gorio,

gorio, et aliis. Interim in Centone hoc aliquos purpurae pannos reperire est ex Africano et Eusebio, indeque a compilatore hoc suo adfutus Centoni. Nam, ut Africanum Eusebius, Eusebium Georgius Syncellus, ita Syncellum, itemque Theophanem, qui Syncellum continuauit, ad uerbum descripsit Cedrenus. Vid. Vossius d. l. II, 26. Michael Glycas Annales edidit quadripartitos, a primordiis mundi ad tempora Alexii Comneni, seu, A. C. IIII. Ipsum Latine emisit Ioannes Leunclavius, Basileae, 1572, 8, cum supplemento eiusdem ad finem imperii Byzantini. Annales hi quadripartiti opus non historicum modo sunt, sed etiam physicum et theologicum, I Parte de operibus sex dierum, II de rebus gestis a M. C., usque ad N. C., III persequitur a N. C., usque ad Constantinum M., IIII Caesarum Byzantinorum res tractat, usque ad obitum Alexii Comneni, qui successorem reliquit Ioannem Comnenum A. C. 10 C LXIX. Exinde usque ad captam Constantinopolin perstrinxit res Byzantinas Leunclavius, qui, ut primus Glycae interpretationem dedit, ita is suam quoque historiae Byzantinae supplementum annexuit. Scriptorem hunc leges quidem historico perscriptas non obseruare, multa tamen notatu digna in eo reperiiri, iudicium est Thome Dempsteri in Paralipomenis in Antiquitates Rosini l. I, I, Vossius d. l. II, 27. Ioannes Zonaras, monachus doctissimus, historiam uniuersalem ab origine rerum ad A. C. 10 C LXIX, quo Alexius

Alexius Comnenus obiit, scripsit, quae prodierunt Graeco-Latine cum versione et notis Hieronymi VVolfii, Basileae, 1557, f. Hanc sincerae fidei historiam uocat Alexander Brassicanus, praefat. in Saluianum, maiorem tamen curam atque industria merito in eo desideramus. Passim Dionem Cassium uel sequitur, uel exscribit, ita, ut saepe quid Dion in libris deperditis senserit et scripserit, ex Zonara liceat cognoscere. Illud maxime mirandum, uirum usque adeo experientem, etiam in sui temporis rebus, pleraque perfunctorie tantum dicere, cum multa magnaue iis temporibus gesta sint, orientali orbe cum occidentalii quasi concurrente. Vid. Vossius d. l. 27. Sed defectum hunc supplet Alexii, Imperatoris, filia, Anna Comnena. Constantinus Manasses, qui uixit sub Manuele Comneno, politicis uersibus historiam a M. C. ad Imperatoris, Alexii Comneni, initia scripsit, editus Leidae a Meursio, 1616, et Parisiis, 1648, cum notis Fabrotti. De singulis prolixum iudicium ferre supersedebimus, omnium tamen fere communis haec laus erit, ipsos ea, quae apud ueteres interuallo mythico comprehendebantur conatos fuisse ad sanum rebusque humanis dignum sensum reducere, resectis eiusmodi circumstantiis, quae rem impossibilem et incredibilem fecerunt.

X Latini scriptores uniuersales plenissime exhibentur a doctissimo Frehero in singulari directorio in omnes fere, uti titulus est, quos superstites habemus, chronologos et annalium scriptores,

D

res, quod praemisit T. I. scriptorum rerum Germanicarum. Ex iis sunt, Eusebii Chronologia, ab Hieronymo Latine redditia, et ab eodem continuata usque ad A. ~~c~~cccxxii, quem excipit Prosper et Marcellinus Comes, et Prosperi iterum continuat Victor Tunensis, huncque rursus Ioannes Biclariensis. Praeter hos sunt, Gregorius, Turonensis Episcopus, Ado, Vienensis Episcopus, Freculphus, Lexouensis Episcopus, Hermannus Contractus, Comes Verriensis, Lambertus Aschafnaburgensis, monachus Hirschfeldensis, Marianus Scotus, monachus Fuldensis, Florentius Vigornensis, Otto, Frisingensis Episcopus, Conradus de Lichtenau, Abbas Urspergensis, Vincentius Bellouacensis in Speculo historiali, Albertus, Abbas Stadensis, VVernerus Rolfingk in Fasciculo temporum, Ioannes Nauclerus in Generationibus. Iacobus Philippus Bergamas in Supplemento chronicorum, Marcus Antonius Sabellicus. Quibus adiunguntur, qui ab Italia et Roma condita cooperunt, ut Paulus Diaconus, Cassiodorus, Martinus Polonus, Ioannes Cuspinianus, Ioannes Auentinus in Annalibus Boiorum, quorum singulorum scripta et iudicia de iis alibi passim proferemus, hic uero satis dicimus indicare Vossium de scriptoribus historicis Latinis, qui de omnibus, quod notatu dignum sit, diligenter exponit.

XI Restant recentiores huius materiae, hoc est, historiae uniuersalis scriptores, quos omnes adduxis-

duxisse, operaे pretium haud erit. Neque enim immemores sumus grauissimi moniti, quod il-  
lustris Verulamius inculcat de Augmentis scien-  
tiarum, VII, 7, Epitomes scilicet (quales plerique  
exhibit, qui historiam uniuersalem nunc  
scribunt) quippe historiarum teredines atque  
tineas exsulare uelle, idque se facere cum pluri-  
mis, qui maxime fani fuerint iudicii. Epitomis  
enim istis factum fuisse, ut complura nobilissima-  
rum historiarum corpora exesa, corrosa atque  
in feces inutiles demum redacta, fuerint. Inter  
eos tamen, qui non sine omni usu hac in re, fue-  
runt, indicamus, Matthaeum Dresserum in Isa-  
goge historica, Ioannem Sleidanum de Quatuor  
summis imperiis, Christophorum Pezelium in  
Melleficio historico, Iacobum Capellam in His-  
toria sacra et exoticā, Ioannem Carionem in Chro-  
nico, Ioannem Gualterum in Chronico Chroni-  
corum ecclesiastico-politico, Ioannem Micraelium  
in Syntagmate historiarum mundi omnium,  
Ioannem Cluuerium in Epitome historiarum,  
Ioannem Ionstonium in Polyhistore. Plures e  
scriptoribus Bibliothecarum et Catalogis parti-  
cularibus magno numero peti possunt. De scri-  
ptoribus historiae uniuersalis in uniuersum nostra  
sententia est, eorum plerosque, si non omnes, uix  
alicuius, aestimari posse, primo, quia historia uni-  
uersalis veterum temporum infinitis dubiis ob-  
noxia est, historicique a primis istis temporibus  
non minus, ac nostro tempore, solent sibi contra-  
dicere.

dicere. Vid. exempla apud Herodorum et Ctesiam Cnidium, adeo, ut nihil ex historia veteri dignum cogitatione nostra putemus esse, praeter solam historiam biblicam, et quicquid eo ad plenioram illustrationem ex historiis profanis referri potest. Deinde, etiamsi dubiis non laboraret historia uetus, nihilo minus nostris temporibus, haud magno usui futura est, quippe remotior a veteri illa exemplorum farragine, quaeque proinde nec apta est, ut intellectum nostrum mouere possit. Exempla enim, scut aquae, in profluente sunt suauissima.

XII Pergimus ad historicos chronologicos, qui non adeo rerum, quam temporum, curam in scribendo habuerunt, quorum cum magnus numerus sit, singulos adducere instituti nostri ratio non feret. Seligimus ex his Ioannem Henricum Alstedium. Thesaurus chronologicus scriptum est inter omnia Alstedii opera doctissimum, quodque ipse testatur, sibi magno labore constitisse, quo etiam non solum temporum rationem habet, sed tempora rebus, in titulos solicite dispositis, solet applicare. Excelluerunt praeterea Abr. Bucholzerus in Chronologia, Henricus Buntingus in Chronologia, Gilbertus Genebrardus in Chronologia, Henricus Philippi in Generali synopsi sacrorum temporum, Ioannes Lallamantius de Collatione anni Romani praecipuarumque gentium exterarum, Christophorus Heluicus in Chronologia uniuersali, Matthaeus Beroaldus in Chro-

Chronologia Scripturae sacrae, Hugo Brougthonus in Concentu Scripturae sacrae, Iacobus Gor-donus Lemoneus in Chronologia, Dauid Pareus in Synopsi Chronologiae scripturae, cuius etiam cum Setho Caluifio et Iosepho Scaligero contro-versiae de hoc negotio non ignotae sunt, I. I. Scali-geri de Emendatione temporum, et in notis ad Eusebii Chronicon, Dion. Petavius in libris de Emendatione temporum, quibus Scaligerianis istis ut plurimum se opposuit, item Ratiocinio temporum. Thomas Lydiat de Doctrina tem-  
porum. In uniuersa Chronologia ueteri duo notabiles defectus sunt, primus, incertitudo et ambiguitas in rationibus temporum, siue incerta forma annorum. Annos enim saepe mensibus aequipararunt, ipsosque menses inaequaliter di-  
stribuerunt, incertaque hebdomadibus spatia con-  
stituerunt. Talia fuerunt heptahemera apud o-  
mnes orientales, spatium nempe septem dierum,  
siue hebdomadum, apud nos. Apud Romanos  
octohemera spatium octo dierum, unde nundi-  
nae quasi nono quoque die recurrentes. Apud  
Mexicanos XIII dierum spatium in circulum re-  
dit, adeo, ut prorsus incertus sit numerus hebdo-  
madum, siue minorum distributionum inter gen-  
tes. Sunt deinde menses lunares, iisdemque  
maiores menses solares, et rursus anni lunares ac  
solares. Apud Chaldaeos erant temporum maio-  
rum spatia Sari, et Niri, et Sofi. Sofus LX an-  
nos, Nirus, 100, Sarus 110 110 110, comprehen-

debat, et tamen ualde dubia haec est explicatio, aliis dies, aliis menses, pro annis numerantibus. Secundus notabilis defectus chronologiae est defectus periodorum, iuxta quas rationes temporum instituenda sunt. Sic Aegyptiis nulla certa epocha constitit, a qua annos inciperent suos. Graeci ultra olympiadas suas non ascendunt, nec Romani ultra palilia sua, hoc est, initia urbis Romae. De Germanis, Gallis, Anglis, plane nihil constat. Ergo prorsus incerta sunt, quae habentur de temporum initiis apud ueteres, et consequenter tota historia gentilis hoc defectu laborat. Vid. plur. Eduardus Stillingfleet in Originibus sacris, c. 6, §. 2 et 3.

XIII In uitarum scriptoribus indicamus pri-  
mum scriptores genealogicos, atque ex iis Hiero-  
nymum Henninges in Theatro genealogico,  
Tomis III, in f., quod exhibit omnium aetatum  
familias, Monarcharum, Regum, Ducum, etc.  
Post hunc etiam Reusnerum in opere chronolo-  
gico-catholico, de praecipuis genealogiis Princi-  
pum, Regum atque Ducum. Recentior est Phi-  
lippus Iacobus Spenerus in Sylloge genealogico-  
historica, scriptum, iusta rerum breuitate, debita  
tamen accuratione, constans. Deinde ad hunc  
locum pertinent, qui in specie uitas personarum  
illustrium uniuersali complexu aggressi sunt, qua-  
les sunt, Raphael Volateranus T. VII Operum  
ipsius, cuius titulus est, Anthropologia, sive, de  
hominibus claris omnium temporum, Paulus Io-  
uius

uius T. III Operum, quo exhibet elogia virorum bello illustrium sui temporis, Ioannes Iacobus Boisardus in Iconibus virorum doctrina illustrium. Prostant etiam monumenta illustrium virorum per Italiam, Germaniam, Galliam, Hispaniam, totum denique terrarum orbem, Francofurti in fine superioris seculi edita.

## CAPUT III,

Notitia scriptorum de rebus  
Germanicis.

**S**criptores Germaniae coniunctim editos, siue voluminibus collectos, exhibuerunt Simon Schardius in historico opere, Tomis IIII absolutum, quorum I est de Germania antiqua, II de rebus gestis, tempore Caroli V, III de rebus gestis tempore Ferdinandi I, IIII de gestis Maximiliani II. Similes sunt scriptores rerum Germanicarum, ex Bibliotheca Ioannis Pistorii, item, scriptorum de Imperatoribus Germ. Tomus unus, edente Iusto Reubero A. C15 10 XXCHII, f. Germanicorum historicorum illustrium ab Henrico IIII, Imperatore, usque ad A. C15CCCCXXC Tomus unus, edente Christiano Vrftisio, Franc., 1581, f. Scriptores rerum Germanicarum Marquardi Freheri Tomi III, quorum primus est de scriptoribus antiquis, secun-

dus de scriptoribus, qui res in Germania sub Friderico III et Maximiliano I, Imperatoribus, gestas prodiderunt, tertius est de scriptoribus, qui res gestas sub Carolo V complectuntur. Rerum Alemannicarum scriptorum aliquot uetustorum Tomus unus, edente Melchiore Goldasto, quod scriptum in primis lectu dignum est, non tantum ob varia monumenta dialecti Franconiae, quae eo comprehenduntur, sed etiam ob res a Francis et Alemannis ad Rhenum gestas, quae alibi uix reperiuntur. Collecta uolumina in rebus historicis merito anterferimus scriptoribus singulis, I, quod editores sine affectu autores exhibeant, non autem affectibus ipsorum solum inseruant, II, quod ita coniunctim ueluti exhibeant in pluribus, quod uni atque alteri deest, cum in singulis scriptoribus non alia possint occurrere, quam quae notatu digna eis uisa sunt. Ceteri autem plura exhibere possent aequa memoria digna, licet istis talia non uidentur.

II Ad historiam antiquam Germanorum pertinent scriptores, Tacitus de Moribus Germanorum, cum notis Andreae Althameri, Iodoci VII Lichii, Glareani, in T. I Rerum Germ. Schardii, praeterea cum Andreae Alciati castigationibus, Michaelis Beutheri notis, Francofurti, 1581, 8. Inter recentes in eum commentatus est Kirchmaierus. Philippus Cluverius in Germania antiqua, an non *ægætes* potius, quam historiae scribendae, se applicuerit, ex ipso scripto diiudicandum relin-

relinquimus. Petrus Bertius Comment. rerum Germanicarum, Bebelius de Laudibus uet. Germ. in T. I scriptorum rerum Germ. Schardii, quo alii etiam hic pertinentes comprehenduntur, quos recensere supersedemus.

III Chronographi, siue Annalium rerumque gestarum in Germania scriptores, duorum generum sunt, uel, qui uniuersalem historiam perte-  
xerunt, uel certam temporis partem tradiderunt. E prioris generis extantioribus indicamus Reginonem, Abbatem Prumiensem, qui desit, A.  
15000 LXVII. Tractat tamen praeципue res Francorum, Hermannum Contractum, qui desin-  
nit, A. 1506, a Bertoldo Constantiensi, usque ad A. 1505 continuatum. Extat T. II Anti-  
quarum lectionum Canisii. A uitio membrorum nomen accepit. Membris enim plane contractus fuit. Saepius lucem aspergit hoc Contracti opus, sed auctius legitur in scriptoribus rerum Germanicarum Vrſtisii, iterumque plenius, citato Tomo Canisii. Conferenti uero Contractum cum Beda patebit, ipsum Chronicon Bedae pene torum ad uerbum exscripsisse, quod Vossius obseruauit de Rebus Hispaniae, c. 5. Vid. Vossius de Historicis Latinis II, 44. Lambertus Schafnaburgensis de Rebus gestis Germanorum, siue Aschaffenburgen-  
sis, ut est apud Serrarium in Annalibus Mo-  
guntinis, desinit A. 1507, et Appendix eius a monacho Erfurtenſi continuata in T. I Pistorii Lipsii de eo iudicium est in notis libri I Politico-

rum, c. 9, *Ipsum bonum esse, in quantum potuit  
in tali aevo.* De eleganti eius dictione scribit Barthius Aduersariorum XLIX, 4, Lamberto Schaffnaburgensi nemo potius inter ueteres res Germaniae conscripsit. Eundem XLV, 23, mirae aevo suo eloquentiae scriptorem uocat. Sed illustre in primis elogium est Iosephi Scaligeri in libris de Emendatione temporum, *Equidem miror, in se-  
culo tam barbaro tantam hominis et in loquendo  
puritatem, et in temporum mutatione, soleritiam fuisse,  
ut etiam chronologis nostri temporis pudorem ali-  
quem exprimere possit, si aliquem sensum harum  
rerum haberent.* Trithemius in Chronico se au-  
tore hoc non parum adiutum, ait. Vossio pro-  
bandum non uidetur, quod historiae quaedam  
admisceat priuata, posteritatis memoria minus  
digna. In rebus etiam pertinentibus ad contro-  
uersiam inter Henricum V, et Gregorium VII,  
fidem eius claudicare, multorum iudicium est.  
Marianus Scotus Chronicorum libris tribus desi-  
nit A. CIO LIII. In Chronicis sequitur Cassiodorum, uti Cassiodorus Eusebium. Itaque, ubi  
Eusebius errat, etiam isti errant. Interim utili-  
tatis hoc afferit, quod, cum suo aevo meliores ha-  
huerit Codices, quam hodie supersunt, non panca  
ex eo in Eusebio, Cassiodoro, atque Beda, possint  
emendari, Appendix eius scripta a Dodechino,  
Abbate, 1700, T. I Scriptorum rerum Germani-  
carum Pistorii. Pitseus in Scriptoribus Anglicanis  
docet, Angulum *anonymum* aduersus Marianum  
hunc

hunc opus exarasse. Vid. Vossius d. l. c. 47. Sigisbertus Gemblacensis Chronographiam suam scripsit ad A.  $\text{c}10\text{CXXII}$ , quam continuauit Robertus de Monte usque ad A.  $\text{c}10\text{CCX}$ . Extat in Historia Christiana ueterum Patrum Ren. Laurentii de la Barre p. 402, et Append. p. 454. Godofredi Viterbiensis Pantheon definit A.  $\text{c}10\text{CXXCI}$ , in T. II Scriptorum Pistorii, Otto Frisingensis A.  $\text{c}10\text{CLII}$ , Abbas Urspergenis A.  $\text{c}10\text{CCXXIX}$ , Abbas Halberstadiensis A.  $\text{c}10\text{CCLI}$ , Martinus Polonus A.  $\text{c}10\text{CCCLXXV}$ , continuatur deinde usque ad A.  $\text{c}10\text{CCCXX}$ , Gobelini Personae Cosmодromium A.  $\text{c}10\text{CCCCXIX}$ , Auentini Annales  $\text{c}10\text{CCCCLXIII}$ . Fasciculus temporum VVernerij Roleuinckii definit A.  $\text{c}10\text{CCCCXCIV}$ , cum Append. Ioannis Linturii, qui pertingit usque ad A.  $\text{c}10\text{CXXXIII}$ . Conf. Vossius d. l. Einhardus (ita enim uetus diplomata, et ex iis Trithemius habet, non Eginhardus) fuit gener Caroli M., ac eiusdem Cancellerius, post uero desertis seculi negotiis, monachus Benedictinus atque Abbas. Est hic omnium historicorum Germanorum uetusissimus, et inter primos eius seculi numeratus, ut ait Baronius, T. IX, ad A. 926. Librum de Vita Caroli M. ea scripsit dictio[n]is puritate atque elegantia, ut coetaneos longe supereret, planeque uideri possit, aliquot ante seculis uixisse. Casaubonus obseruat, ipsum Suetonium sibi imitandum proposuisse. Praetereundum tamen non est, primum Einhardi editorem, Hermannum, Comitem Neuenarium, siue,

sive, Nuenarium, institisse antiquo Codici, quem habebat, sed in eo fuisse, ut passim floridus loquenter induceret, secutique sunt hanc Neuenarii Comitis editionem, qui postea typis Eginhardum diuulgarunt, quod tamen institutum probari neutquam potest. Neque enim, mutatis ita phrasibus, manet idem autor, qui ante erat. Interea, ut ut non fuerit ex dictionis elegantia, quam prodiit, tamen sic quoque Eginhardus non uno nomine laudem meretur. Nam saltem pro aeuo suo omnino eleganter hanc uitam exarauit. Tanto autem meliori eam fide retulit, quanto familiarius Carolo adhaesit, ut et Sigisbertus censem de Scriptoribus illustribus. Ioannis Turpini Historia de uita Caroli M. et Rolandi in Scriptoribus rerum Germanicarum Reuberi p. 67. Vossius de Historicis Latinis II, 32, talia de eo scribit, *Recte censem Hotomannus, Franco-Galliae suae c. 5, esse foetum hominis stolidi atque imperiti, qui non uitam, sed fabulas, conscripsit.* Nec mens alia Papyrio Massione in suis Galliae Annalibus, cui dicitur mendaciorum monstris refertissimus. Sane enim Hinckmarus, Lopus, Flodoardus, uel extot aliis eius ac sequentis aeui scriptoribus illarum quisquiliarum mentionem facit. Flodoardus II, 18. Luitprandus, uocatur etiam Litoprandus, et alicubi Lutprandus, Diaconus Trimensis, scripsit, de rebus gestis Imperatorum et Regum libros IIII, editi inter Opera eius Antuerpiae, 1640, f. Antidosis nihil aliud est, quam liber III historiae,

historiae eius, licet eruditorum multi librum  
hunc a ceteris distinctum esse, crediderint. Sed  
scrupulum hunc soluit Fr. Diuarrus in editio-  
ne Luitprandi p. 31, e cuius uerbis, ne prolixe  
omnia allegemus, satis est postrema haec afferre,  
*Audiamus ipsum Luitprandum*, ait, *cuius initio III  
libri haec sunt uerba ad Regimundum suum, Liber  
III, qui Antidosis inscribitur, operis huius titulum,  
pater sanctissime, satis te mirari, non ambigo. His  
forte, cum uirorum illustrium actus exhibeantur,  
cur antidosis ei inscribitur titulus?* Ad quae re-  
spondeo, intentio huius operis respicit ad hoc,  
ut Berengarii, huius nominis II, in Italia Regis,  
qui nunc in Italia non regnat, sed tyrannizat, ac  
uxoris eius, Villae, quae ob immensitatem tyran-  
nidis secunda Isabel et ob rapinae insatietatem La-  
mnia proprio indigitatur uocabulo, actus designet  
ostendat et clamitet. Sit igitur ei praesens pagina  
antidosis, hoc est, retributio, dum pro calamitati-  
bus meis impro prietatem praefentibus futurisque  
mortali bus denudauero. Bertholdi Constantiensis  
historia sui temporis, ab A. C. 10 L I I I , ad A. C. 10 C I ,  
in scriptoribus Vrftisi extat, et uir est Trithemio  
admodum laudatus, qui et orbem Romanum scri-  
psisse, ait. Historiam sui temporis Vrftisi primo  
publicauit. Si animum affectibus haud uisum fue-  
rit mancipare, necessum erit, subscribamus do-  
ctissimo Cuspiniano, quando ait, Bertholdum  
abunde de Henrico IV scripsisse, sed malo affectu,  
cuius causa procul dubio fuit, quia illi a Pontifice

in

in tristi hoc dissidio inter Caesarem et Pontificem, impositum fuit, ut in ecclesiae gremium recipere, quotquot a Caesaris partibus ad Pontificios desciscerent. Itaque Caesari addictos nunc Hennericianos appellat, aut Guibertistas, nunc schismaticos, haereticos et excommunicatos. E contrario, qui a partibus starent Pontificis, solos Catholicorum nomine dignatur, eos sancti Petri fideles Christi milites, et ecclesiae uocat propugnatores, etc. Conf. Vossius d. l. c. 47.

## CAPUT III,

## Scriptoribus uariis.

*Adamus Bremensis Historiam ecclesiae Bremenensis conscripsit.* Ed. a Velleio Hafniae, 1579, 4; et a Ioachimo Ioanne Madero Helmstadii, 1670, 4. Vid. Conringius de Orig. iur. Germ. In Septentrionalibus pleraque ex Daniae Rege et tabulariis eiusdem hauiisse creditus. Vixit floruitque, seculo post Christum natum XI, imperante Henrico III Salico, cui congruit aetas Suenonis Estritii, Daniae Regis.

*Aeschacius Maior, Dobebranus, id est, Halensis.* Olim enim cum adhuc uicus esset Hala, ita appellata lingua Vendica est. Autor ipse patria Halensis librum hunc \* non composuit, sed ex Hispanico conuertit solum. Verus et primus eius autor Ianus

Ianus Huartus, Doctor medicus Hispanus, post hunc simile scripsit Ioannes Imperialis. Editus Lipsiae, 1637, 8. Clam aufugit, cum rumor Sodomiae de eo percrebuisse. Schuuendendoerse-  
riam uirginem in uxorem petiit. Accepissest, nisi fama sceleris uulgata fuisset. Omnes ferme lin-  
guas calluit. Vid. Hofmanni Descript. Trorbach.,  
p. 543.

\* Scil. Scrutinium ingeniorum.

*Albaspinaeus* uir longe eruditissimus fuit.

*Albertus*, Abbas Stadenis, uixit sub Friderico II,  
cuius aevo coeperunt Electores. Vid. Daniel. Pa-  
reus, Origin. Palat. p. 518.

*Andreas Alciatus* inuidet laudi Teutonicae gen-  
tis. Vid. Meimbonius, Praefat. super uitam VVit-  
tichindi, in f.

*Ioannes Henricus Alstedius* in Chronologia ple-  
rosque catalogos Regum ex VVolfgango Lazio de-  
scripsit, sed fabulosos, deceptus credulitate et La-  
zii autoritate, sed eum alibi castigat ex ea causa  
Reinerus Reineccius.

*Vito Amerbachio* Bibliothecam suam legauit  
Desid. Erasmus, eiusque haeredes post uendide-  
runt Senatui Basileensi, atque hic Academiae ibi-  
dem dono dedit. Vid. Th. rerum publicarum,  
P. III, p. 1059.

*Petrus de Andlo*, Friderici III, Imperatoris, ae-  
qualis, scriptor seculi XV non ignobilis, sed non  
semper accuratus et solidus, interdum etiam  
fabulosus.

*Ansto-*

*Antonius Augustinus.* Inter hunc et Cuiacum aemulatio fuit. Vid. Preg. Pauli Francisci, R. D. P. P. In iure pontificio enucleando sedulus fuit, eoque Zieglero nostro laudatus.

*Anton. Augustinus* vir eruditissimus, et nunquam pro dignitate satis laudatus. Nunnesii Vita Aristotelis, p. 59. Extrat Andreae Schotti Laudatio funebris Ant. Augustini, Archiepiscopi Tarragonensis, in qua de uita eiusque scriptis disseritur, de perfecto item ICto et Episcopo. Accedit Vita Fr. Iunii, ab ipso conscripta, edita a P. Merula, ex offic. Plantiniana, in 4. Vid. Bibliotheca Marckiana, p. 185.

*Ramiresius Barthio* quandoque ineptit.

*Apuleius Afer.* Ipsius familiaris fuit Clemens, apud Rupertum, Obseru. p. 179.

*Arrianus.* Huius Historia admodum delectatus est Caroli cognomine IIII, filius, Sigismundus, quam ipsi interpretatus est Paulus Vergerius, iam Latine redditus extat a Bartholomeo Facio. Vid. H. A. T. VII, p. 109.

*Ioannes Arndt* VVeigelianismi suspectus, vir pietate insignis fuit, neque humanitatis ignarus, quod Basileae fuit cum Zuwingero, polyhistore doctissimo, peregrinatusque est. Eum hodie imitatur Spenerus.

Optime praeclarus ille theologus practicus, et philosophiae secretioris, ut multi censem, adeptus, *Ioannes Arndtius*, Veri Christian. libro IIII asseruit, dum scripsit, Vnser brod, das nuir essen, ist erst ein grun gras etc. Vid. Ioannis Tackii Oratione de Chrysogoniae animali et minerali, p. 46.

*Atticus,*

*Atticus*, Episcopus Constantinopolitanus. Ascribitur illi Breuiarium Concilii Niceni pro compositione epistolarum formatarum, sed quod eius non est. Vid. Blondellus, et ex eo Christ. Bergius, *Diss. de Vet. epist. eccles.*

*Baldus* pacem Constantiensem a Friderico Aenobarbo sanctam edidit, commentarioque illustravit. Vid. Bucelinus *Chron. Constant.* A. C. 1534.

*Hermolaus Barbarus*, Legatus Venetorum ad Pontificem fuit. Is Latine et Graece omnium doctissimus, Venetorum conflavit offensam, quod uestem senatoriam mutauisset. Filium quoque eruditissimum reliquit. Vid. P. Bembus, *Hist. Ven. libro I*, p. 31.

*Barbosa*. Collectanea sunt, quae Barbosa scripsit, plus laboris, quam ingenii, habentia.

*Boronii Martyrologium* Moguntiae, 1631, prouidit, ex quo multa desumpsit Dorscheus in *Admirandis Christi. Antonius Gallonius de Crucifixibus Christianorum Antuerpiae*, 1668, 12.

*Theodorus a Beza*, A. C. 1510. Bezae notae in N. T. sunt doctissimae et plane utilissimae, et, si pretio suo ponderantur incomparabiles, quoniam uir ille Graecae linguae et antiquitatis sacrae erat peritissimus, omniumque manu est uerandus. Erasmus saepe et merito castigat.

*Bellarminus* ipsis accuratiorebus Pontificiis displicet, et uiam aperuisse confutationibus haereticorum quoque aiunt. Eo uideatur Monarchia

E

impe-

imperii Goldasti. Speciosius hanc causam egit Baronius, qui tamen Casaubonum habuit aduer-  
farium, virum sane antiquitatis gnarissimum. Sub Francisco Verona latere uidetur Goldasto de Re-  
gno Boiem., p. 266, item, sub Francisco Romulo,  
Monarchia imperii, T. III, p. 849.

*Bienenkorb.* Autor huius est Philippus Marnic-  
cius, Consul Antuerpiensis. Multi ibi sales, quos  
plerique in numerato habent egregii viri, conti-  
nentque πολιτικὸν aliquid, et quaedam insignia,  
ad historiam ecclesiasticam pertinentia. Vid.  
Theobaldi Hussitenkrieg, P. III, p. 83.

*Beueregius*, Anglus doctus, philologus et poly-  
histor insignis. Nuper edidit Synodicon. Sed  
notae eius non sunt adeo singulares, et libro isto  
possint carere, qui Canones, in Gallia excusos, ha-  
bent, unde sumi potest notitia accuratior historiae  
ecclesiasticae. Sic Historia Byzantina potest in-  
digere, qui scriptores Graecos separatum habet.  
Sic et Codinus separatum extat, qui liber est utilis  
atque egregius. De cetero non suppeditat illud  
corpus arcana.

*Ioannis Henrici Bisterfeldii Isagoge Encyclopaedi-  
ca* a Ioanne Mellet, Basileae, 1661, 12, edita, pro  
tyronibus philosophiae.

*Ioannes Bodinus* sub Flauio Albergate napolat.  
Vid. Grasuincelius lib. Venet. p. 309. Hic est  
ille Andius sine bono. Vid. P. III, p. 69. Ab Eli-  
sabetha, Angliae Regina, ita fuit vocatus. Bodin-  
nus magiae deditus fuisse, scribitur. Comparan-  
dus

dus forte eum eo D. VVirthius, in cuius pluteis reperti post mortem sunt mirabiles characteres, unde magiae suspicio oborta est. Is alioquin omnis antiquitatis peritissimus fuit, et uersus scripsit, Bachmanno, Poetices Professori et antiquario, non intellectos. Bibliothecae eius maximam partem accepit Ad. Christ. Iacobi, ICtus Dresdenis. Est in medio de Bodino Boeckleri iudicium Not. in Grotium, de I.B. et P., p. 24. Conf. etiam Thomae Crenii Not. ad Gabr. Naudaei Bibliographiam politicam, p. 513, sqq.

Bodini Theologia naturalis in primis rarus est liber, sed in qua notae sint athei doctoris, perinde ac in Pomponatio, praceptor Vanini, atheisti nostri temporis, et iudicio curiae Tholosanae igne combusti. Vid. Grammondi Historia.

*Calisthenes.* Huius Historia creditur superesse Romae in Bibliotheca Vaticana, sed ea ficta est atque commentitia. Dionysius Saluagnius, Comment. in Ibin, p. 293.

*Thomas Campanella*, elati ingenii monachus. Lebbea Disp. de Simul regnant., th. XXXVII, in primis c. 32, p. 296, uerbo probior, quam facto. Alioqui inuehitur in eos, qui more Machiauelli putant, alia licita esse ex ratione status, alia ex praescripto conscientiae. Th. Campanellae opera philosophica Parisiis, 1637, f. Vid. Bibliotheca Marciana, p. 43. Campanellae Apologia pro Galilaco, ubi disquiritur, utrum ratio philosophandi, quam Galilaeus celebrat, faueat sacris scriptu-

ris, an aduersetur, Francofurti, 1622, Eiusdem Prodromus philosophiae instaurandae, ib., 1617, 4. Panegyricus, Vrbano IIX dictus, ob beneficia ab ipso in Campanellam collata, autore Gabr. Naudaeo, Parisiis, 1644, 8.

*Sethus Caluinus.* Immo, primum ait Scaliger repertum, qui inter chronologos desierit nugari. Epist. ccxl. Sed Scaliger eum usque adeo laudat, quod se in omnibus imitari placuisse. Aliud forte in plurimis dicet D. Petavius.

*Petrus Canisius,* Nouiomago-Gelrius. Eius Tomi lectionum antiquarum multa, alioqui forte deperdita, antiquitatis argumenta fragmentaque, conseruant. Fuit enim scriptor doctus, peritus, diligens, et uariis subsidiis auctus, nisi quod, religionis suae causa, affectibus quandoque et fabulis indulgeat.

*Petrus Josephus Cantelius,* Soc. Iesu, de Roman. republica, sive de re militari et ciuili Romano-rum, edidit libellum, qui Ultraiecti, 1688, 8, 1707, prodiit, ad explicandos autores apprise urilis.

*Melchior Canus.* Memorabile est, uirum in extremo Europae angulo uiuentem, tanto cum iudicio scripsisse, quod tamen Pontificiae ecclesiae non perinde placet. Ex illo multa Gerardus, in Confess. cathol. contra Pontificios grauiter adduxit. Huc pertinet Claud. Espenaeus.

*Ioannes Capnio,* seu *Reichlinus.* Huic in Hebraicis inseruit *Ioannes Beham. Crusius, Annal.* Sueu.

Sueu, libro IX, P. III, p. 489. In Graecis Hermo-  
nymum Spartiatam. T. VII Histor. aug., p. 504.

*M. Aurelius Cassiodorus.* Editio Cassiodori Au-  
relicae Allobrogum, 1609, 8, Geneuae, 1650, ib.  
1656, forma eadem.

*Balthasar Castilio.* Huius extat Aulicus, in 8.  
Accessit de aula Dialogus Vilielmi Insulani Me-  
napii Greuibrugensis. Stylus tersus, morum  
quaedam monita tradit non contemnenda. Scri-  
ptor Thuano quoque est laudatus. Argentorati,  
1663, 8, ed.

*Martinus Chemnitius,* A. C. c15xxciij. Nisi alter Martinus fuisset, prior parum profe-  
cisset, id est, Lutherus, cuius ille acerrimus de-  
fensor in Examine Concilii Tridentini est.

*David Chytraeus* A. C. c15xxx. Eius Saxo-  
nia multam diligentiam ostendit, nec minus iudi-  
cium, unde plurima hausit Thuanus, in forma  
octaui ordinis. Scripsit et quaedam ad uit-  
am atque aeum Caroli V, et alia multa. Vb-  
boni Emmio, doctissimo uiro, admodum aestima-  
tus fuit. In rebus Belgicis reprehenditur a  
Reidano.

*Chronicon eius Saxoniae et vicini orbis Arctoi,* ab A.  
C. c1510 inchoatum, usque ad A. c1510xxiiii,  
Rostochii, 1590, 8.

*Cilicius Cimper* est ipse Henricus Ranzouius,  
scriptor belli Dithmarsici, quod extat post histo-  
riam Septentrionalem Alberti Cranzii.

*Clemens Alexandrinus.* Cuius IX libri Stromatum infinitae sunt eruditionis, antiquitatisque omnis fontes aperiunt, comparatae quippe ad erudiendum philosophum Christianum, et uariam multiplicemque eruditionem suppeditantes. Hinc legendi aurei libri Eusebii de Praeparatione euangelica, in quibus multa extant, quae partim ex Clementis Alexandrinī, partim ex Clementis Romani, partim ex Iosepho, fragmentisque veterum deperditis, desumpta et collecta. Clemens Seculi III Pater, a quo Origenes omnia, quaecunque habet, hausit, atque adeo, inter omnes Patres, Clemens eruditissimus est. Eum Sylburgius, uir suo tempore totius Germaniae Graece doctissimus, Athenaeum Christianum uocat, quod eodem modo ille, quo Athenaeus, ritus uarii generis et antiquitates Graecorum eleganter descripsit, in ritus eorundem et antiquitates accurate inquiret. Casaubonus in Athenaeum accuratissime commentatus est.

*Ioannes Cluverius* scripsit Epitomen historiarum totius mundi. In praefatione mihi displiceret, quod Horatium Turselinum, saepe nugiendum et bonorum Principum calumniatorem impeius laudet. Quem alioqui etiam castigat Meibomius.

*Philippus Cluverius*, A. c. 1515 c. Contingius, de Vrbibus Germ. th. XVII, taxet Cluverium in iis, quae habet de habitaculis Germ. Obiit Lugduni B., A. c. 1515 CXXIIII. Defunctum publice laudauit Daniel Heinsius. Nemo illum magis repre-

prehendit, quam Hugo Grotius in Epist. ad Ioannem Isaacum Pontanum data, praeſertim in re Germanica.

*Philippus Cominaeus.* Creditur ipſe cum aliis mitigasse Caroli irati animum, cum Ludouici, Galliae Regis, occidendi haberet potestatem, idque colligas ex libro III, p. 392. Non uerba, ſed oracula, ſcripsit Cominaeus. Prudentia, qua ualuit, maxima, fortunae iectus declinare non potuit. Vid. G. Ens in Nucl. histor., P. II, p. 246.

*Hermannus Conringius.* Ex Conringii Collegio de uiris illuſtribus Querſtedius deſumpſit, quod ſcripsit de eodem argumento. Nam quod ille iuxta ſecula, hic iuxta regiones, cuiuſque et patriam concinnauit, qui liber ab Italis et Gallis emitur. Conringii praefatio in Politicen Aristotelis ſapit Arminianifimum. Eius Collegium rerum publicarum ex autoribus collectum, immo, compilatum eft. Laudo hic corpus rerum publicarum, in Batauia editarum, quod fideliter ſecutus eft.

*Corpus iuris glosſatum* IX uolum. Geneuae nouiſſime prodiit, ubi et Molinaei notaे optimae.

*Iacobus Cuiacius.* Hic per eminentiam iuriſ-consulti nomine appellatus eft. Laudes eius ex P. Pithoco repetit Thuanus, et suas addit A. c. 1090. Breui ſtatura fuit et corpoře compacto. Cuiacius excellit in historia Romani iuris, Conringius in Germanici. Fuit ſane Graecaē lin-

guae et antiquitatis peritissimus, prodit hoc laudis exemplo a Guil. Budaeo, qui Graeciae Atheneas in Galliam intulit.

**Obiicitur** a Ioanne Andrea Cuiacio, quod, in cathedra disputans, obmutuisset. Cum, tempore Duarenii, iam senex docere iuuenes coepisset Cuiacius, omnes ad eum, deserto Duarenio, confluxerunt, hinc eius, reverentiae honorisque causa, alio discellit, ut Duarenii certe existimationi consuleretur.

**Arnoldus Coruinus**, ex Theologo ICtus, in controuersia Arminiana contra eum scriptis Molinaeus.

**Craterus** fuit celebris Botanicus, cuius *p̄itoro-p̄inæ* citantur. Vid. Heinsius in Theocritum, p. 310.

**Dallaeus** vir doctus et in iudicando acris. Huius extat liber de Antiquit. et Patrologia.

**Andreas a matre Dei, Carmelita.** Extat eius Cursus theologicus moralis, editus Lugduni, 1670. f.

**Demosthenes.** Charaeter eius est Atticus, phrasis ex genere communi loquendi, ut eis oratores et historici utuntur, et si altius affurgit, granditatemque praebet. Nec tamen difficile est, eum uerttere, quam scriptorem Graecum iuris Romani, quod nimis abit a forma loquendi communi.

**Vnicus** hodie iuris Attici thesaurus, sed non ita facile intelligi potest, Boeclerus ad librum II Grotii de Iure B. et P. c. 3, §. 4. Male igitur in Gymnasiis praelegitur, d. I. Nauauit hic praelaram operam Samuel Petitus.

*Ianus*

*Ianus Douſa*, pater, commune Leidensis Academiae oraculum dictus, a Ioanne Meursio, idem elogium meruit Iosephus Scaliger. *Ianus Douſa* subinde Scaligero, literarum principi, laudatus. Is, censente Emmio in Frisiae Descriptione, p. II, genuinae historiae Hollandicae ἀρχηννός.

*Dionysius Halicarnassus*. Exteri saepe curiosiores sunt, quam indigenae, ut Dionysii Halicarnassi exemplum docet, qui plura singularia collegit et obseruauit, ac Liuius, et si ille Graecus externusque, hic Romanus, fuerit. Sed hic non ad minutias in historia deueniendum est, ut Fridericus Tilemannus, in Dissertat. phil. de Historicorum delectu obseruauit, recteque iudicauit.

*Ioannes Drusus*. Solenne illi multa ponere, pauca statuere. Vid. Pfeiferus in Enoch. Disputat aduersus Drusium Nicolaus Fullerus, Append. apologet., Miscellaneis suffixa. Drusius, autoris opinione, vir sane eruditus fuit, sed nimis sibi suffenus, quasi putasset, se solum Hebraice scire, tribueritque sibi uni peritiam Codicis Hebrei interpretandi, cum tamen eo inferiores nihil essent alii, et profecto eum superarent Tremellius et Iunius. In Drusii interpretationibus etiam desiderant profundam notitiam rerum theologicarum plerique interpretes sacri.

*Egesippus* in pandendis ecclesiarum originibus se exercuit. Exitit Historia eius adhuc Eusebii tempore, tum et Hieronymi atque Epiphanii. Vid. Petrus de Marca in Epist. ad Henr. Valesium, p. 424.

*Vbbo Emmius*, Frisiis Orientalibus displicet ob aliqua in praeiudicium ipsorum iuris allegata. Eius contradictionem notat VVinkelmannus Not. histor. polit. p. 269. Et alias parum mihi in Emmium aequus uidetur. Studiis magis in Hammelmannum inclinatis. In quo tamen dissentio ab Autore.

*Ianus Nicius Erythraeus* cultu et nitore linguae se commendat, atque in libro, qui Pinacotheca inscribitur, multa aperit, quibus uaria eruditorum ingenia, et rationes uitiae studiorumque diuersae, quin et controuersiae, artes atque actiones singulares, continentur. Vir enim fuit prudens, et in aula Romana haud peregrinus, multa uidit, et multa obseruauit, quae alii, quasi ad se non pertinientia, neglexerunt. Reinesius eum pungit, et epistolas, ab eo scriptas, nullo numero habet. Sed, ut hoc nihil de Nicii laude detrahit, sic Reinesio, epistolas duntaxat criticas aestimanti, potest condonari. Non idem Rossio erat consilium, nec ideo in hoc scribendi genere, quod ab instituto Reinesii discrepat, reprehendi debebat. Facile tamen concesserim, eum Graiorum literas non habuisse cognitas, sine quibus, ut ueteres loquuntur, grammaticum acumen nihili putandum est, in quo ceteroquin Reinesii industria eminebat.

*Euripides*, poeta tragicus, totius Graeciae decus et ornamentum, cum uitia et scelera nobilium magna libertate in suis fabulis perstrinxisset, magnam adeptus est gratiam apud Archelaum, Macedoniae

cedoniae Regem. Itaque in aula eius aliquantis per  
uixit, et magnis honoribus a Rege ornatus est.  
Sed cum aulici inuidarent homini scholastico  
hanc praerogatiuam gratiae, qua apud Regem ua-  
lebat, infidias uitiae ipsius struxerunt. Cum enim  
noctu ex aula ipsius rediret Euripides, aulici no-  
biles suos in illum canes incitauerunt, a quibus  
optimus, et aeterna memoria dignissimus, poeta  
discerptus est. Vid. Nicodemi Frischlini Oratio  
de Vita rustica, Tubingae recitata, A. c. 10 LXXXIX,  
p. 284.

*Eusebius* Origeni deditissimus fuit, qua ex cau-  
sa non meminit Methodii, Origenis aduersarii,  
ut nec pari ex ratione Hieronymus Russini. Vid.  
Valesii Annotat. ad Historiam ecclesiasticam Eu-  
sebii, p. 125. Eius Praeparationes euangelicae me-  
rito laudantur, tanquam promae condae antiqui-  
tatis et reconditae eruditionis. Fuit enim studio-  
fissimus Origenis, Origenes autem diligentissime  
legit Clementem, eumque imitatus est, dum scri-  
beret Stromatum libros. Valesius, d. l., p. 125.

*Hermannus Fabronius* nunc se uocat Hermann-  
num Fabrum, nunc Herm. Fabricium, tum et-  
iam Herm. Fabronium, alias Moseman. Vid.  
Leonardi Hutteri Bestaendige und grundliche  
VViederlegung, Vitembergae, 1615, 8. Is scri-  
psit Monarchiam Caesaream, sive Politische Kay-  
ferchronic, ubi et extera inserta sunt, ac descri-  
ptiones rerum public. atque ciuilium institutorum,

Smal-

Smalcaldiae, 1627, 4, Teutsch. Vtiliter legi pos-  
set cum Orbe G. Hornii.

*Marquardus Freherus A. 1510 c.* Assertor iuris  
Palatini maximus. Vid. liber de Orig. Palatinat.  
Liber, dico, multae eruditionis et tuendae Palatini  
Electoris causae peridoneus. Magis intellexit ue-  
terem reipubl. Germanicae statum, quam hodier-  
num. Goldastus de Regno Boiem., II, 16, n. I.  
Edidit Tomos luculentos iuris Graeco-Romani.

*Henricus Frauenlob* uixit, A. 1510 CCC XIII.  
Hic, quia multa, forte cognomine motus, in lau-  
dem feminei sexus scripsit, post mortem a mulie-  
ribus ad sepulchrum, deportatus, et magnifice in-  
cineratus fuit. VVolfius, Rer. memor. Tom. I.  
cent. XIII, p. 604.

Huc spectat admonitio Ord. theolog. Vittemberg.  
A. 1510 xc v, edita contra Disputat. alicuius,  
qui probare uoluit, feminas non esse homines.

*Freinsheimius*, uir doctus, pius, moderatus, et  
ob hanc postremam rationem Boeclero, cum in  
Suecia eslet, praelatus.

*Iohannes Iacobus Fritsii*, Tigurinus, scripsit Biblio-  
thecam chronologicam philosophorum et classi-  
corum autorum, in 4.

*Ahasuerus Fritschius* sedulus est compilator, nu-  
per sigillatim etiam edidit aliquid de iuribus sin-  
gularibus, sed iudicium saepe eum deficit, in dili-  
gentia uix quidquam desideres.

Der

*Der sinn- und lehrreiche Froschmaeußler.* Hoc scriptum Froschmaeuseleri adeo ab Hildebrando Einsidelio aestimatum est, ut rogauerit serio Zieglerum, notas in illud exararet.

*Ioannes Forsterus,* theologus et literarum Hebraicarum peritus, et Commentariis doctissimis editis, ac Lexico, celebre nomen adeptus. Et sane, iudice Scherzero, eius Lexicon multo utilius est Boxtorfii.

*Petrus Galatinus,* Franciscanus, non temere, nec sine delectu, est tractandus. Multa in eo futilia sunt et sublesta. Liber eius de Arc. cath. uerit. nihil aliud est, quam Breuiarium Raimundi Sebon, monachi Dominicani, quem exscripsit, ne semel quidem memorato autoris nomine. Ios. Scaliger. Ep. CCXLI.

*Theodorus Gaza,* Graecae doctissimus, Plutarchum adeo aestimauit, ut dixerit, si naufragium faceret, ultimo proiecturum in mare. Arnoldus, in Praef. super VVhear. Is Nicolaum, Pontificem, dulcem tyrannum appellauit. Conf. Joachimus Camerarius, Epist. ad Eobanum Hessum.

*Melchior Goldastus,* Consiliarius Saxonius Vinarientis. Eius Hodoeporicon ualde aestimatur. Item liber de Scriptoribus Germaniae, et Epistole a Conringio editae. Eius Digesta regia ab Hulsemanno laudata, quia Constitutiones sacras uno scilicet aspectu exhibent.

*Georgius Fournier.* Proxime eius Geographia edita, in quam Francofurti ad Viadrum commen-  
tatus

tatus est priuatim Ioannes Christophorus Beermannus.

*Graeculi hodierni* sunt Graecobarbari, seruantque in eo ueterem Graecorum morem, quod neminem βασιλεὺς, nisi Imperatorem, appellant. Sic antiqui Regem Persarum dixerunt βασιλέα, Regem Bithyniae βαθυνὸν, Macedoniae Μακεδονικὸν, hodie Electores et potentiores Principes R̄γα uocant, ut R̄γα Dresdensem hic dicere solitus est Electorem Saxonie. Philippum tamen fama uirtuteque euictum dignabantur titulo βασιλεὺς, quod antea non solebant.

*Iacobus Gothofredi* iudicio Casp. Ziegleri longe vincit *Dionysium Gothofredi*.

*Hugo Grotius* autor est libri, cui titulus *Iusti Asterii de Pace Pragensi. Mare liberum omnibus notum.* Descripsit Abraamum Milium suppresso nomine Orb. Imp. p. 237. *Grotii Annales et historiae de rebus Belgicis*, Amstelod., 1658, excusa laudem merentur plurimam. De eo dicere solitus Gustavus M., Vnicum sibi optare Grotium rerum suarum scriptorem. Cum Opus de Iure Belli et Pacis scriberet, optimos scriptores Graecos perlegit, quorum editiones cum praestantissimis uersionibus coniunctae fuerunt, sed in Annotat. ad Foedus utrumque sacrum, cum uersionibus caruit, non ita feliciter uerit, ut nec Seldenus Hebraica recte semper conuertit.

*H. Grotius* uenn er ein buch bekommen, hat ers capitularim durchgelesen, und die summaria ueran

*Germanus Valens Guellius*, Aurelianii, quae illi  
patria erat, Episcopus, Magduni ad Ligerim, epi-  
scopatus castello, maior septuagenario placide ad  
Deum migravit. Olim in familia Coliniorum  
educatus est, et postea amplissimi ordinis senator,  
ut linguae Graecae exacta cognitione, et omni  
humaniori literatura ac poetica in primis, sie  
morum candore ac comitate praestans. Thuanus  
libro XXCIIX.

*Otto Guerike. Opus de Vacuo diu exspectatum prodidit, sed multa in eo omisit, et primarium instrumentum euacuans, unde ex illo nemo hauriat arcaea eius faciendi uacui. Nec parum ad concinandum hoc opus contulit Caspar Schottus, Jesuita,*

tum Rob. Boyle, doctissimus Anglus, in eo negotio totus fuit. Franciscus Lana in Italia aerem euacuare non potuit, modumque Gerikianum ignorauit. Hambergius alumnus eius mihi dixit, copioseque enarrauit, eum existimare, Deum esse spatium, aquae terraeque nutrimentum esse lanam, solem esse patrem, in luna esse aquam, in sole esse ignem. Lunam esse supra coelestem aquam, quia est supra aerem, siue expansum. Nostram aquam esse infra expansum, atque adeo ratione scripturae et proportionis inter aquas supra coelestes et sublunares non quaerendas esse aquas supra stellas fixas. Cum autem luna sit globi terrauei nutrimentum, tum ab ea affectus humidos prouenire, testatur experientia et fluxus refluxusque maris, de quo Huelius librum promittit. Vniuersalem interitum non admittit, quamvis stellam fixam habere suum planetam, affirmat.

Filius Guericke non delectatur arte patris, estque Legatus ordinarius Electoris Brandenburgici. Aerem tendit (diuidit) in figuram globosam infra lunam et in luna. A. c. 15 LXXII, fuisse in Cassiopeia insignem mutationem. Es haette damals die Cassiopeia in der uelt gleichsam ihren iungsten tag gehabt. Hinc colligit, si uel maxime futurum sit extremum iudicium, gehe die mutation die stellas fixas nicht an, sondern die planeten, die mit dem globo terraueo eine uelt machen. Solem et lunam cum terra constituere unum mundum, nec concretam compactamque lunae aquam posse calefieri a sole,

a sole, hinc lunam manere frigidam, quanquam stellam fixam constituere peculiarem mundum, habereque suam actionem et passionem.

*Franciscus Guicciardinus A. 15150*. Quae-dam fingit in odium Venetorum, aut certe prae-iudicium, ipsorum libertatis. *Theodorus Gras-uuinckelius*, lib. Ven. p. 311. Etiam iniquus fuit in Ducem Vrbini, ut notat Lipsius. Alioqui rerum Italicarum praestantissimus scriptor est.

*Ludouicus Guicciardinus* descripsit pereleganter Belgum ac ciuitates Belgicas.

*Iohannes Gryphiander de Insulis*, *Loccenius* et *Styppmannus de lute maritimo*, scripserunt. *Bo-  
dinus* in *Grotium*, II, 2, p. 51. *Oeconomia* eius desideratur. *Gryphiandri Commentarium de  
VVeichbildis Saxonice* eruditissimum vocat *Gol-  
dastus*; *de Regno Boiem.* II, 10, p. 200.

*Daniel Heinßius*. *Sirmondus*, *Petauius*, *Salma-  
sius*, *Heinsio* longe eruditiores. In *Aristarcho* audax castigando, ipse dignus, ut castigetur. Ad-  
ducit libros non uisos, quorum fragmenta in *Photii Eclogis* inuenias. De Nonno iudicat ab-  
surde, atque ei imputat phrases Arrianas, non asse-  
quens eius, nec Athanasii, mentem, cum is Deum  
*τεχνήν* mundi appellat. In *Exercitationibus* *Ludouicum de Dieu* exscribit, plus semel *Bezam*  
et *Erasmum*, uiros Gracee ipso doctiores, auda-  
eter notat atque reprehendit. Vnde saepe, cum  
*Grotius* *Bezam* et *Heinsium*, item *Ludouicum*  
*de Dieu*, allegat, non dissentit a se *Grotius*, sed

dissentientes sententias enumerat, quod non nemo theologus non aduertit. Heinsum *Γαυμάτων* uocat Iustus Ios. Scaliger, Epist. CXL, quem tamen Salmasius adeo alto supercilie despexit, ut in Graeca lingua infantem per contemptum dicere, immo, exprobraret exteris, cur tantopere Heinsum aestimarent. Alioqui de illo Salmasio fatendum, pro uno ex tribus doctissimis Europae habitum fuisse. In eruditione Graeca hospes et peregrinus est, iudicio Croci et Salmasi. Nam praefatio Heinsii in Theocritum ostendit, ipsum uim linguae Graecae et indolem ignorasse. Similiter Boeclerus profundam eius linguae notitiam sibi non comparauit, neque in Hellenistica controuersia satifecit.

Saepe Dorscheus et Boeclerus optarunt, esse aliquem, qui Heinsii Aristarchum, ob multos errores ac stribilgenes philologicas, castiger. Quod linguae Graece perito non arduum est futurum.

*Hesychius.* Liber utilissimus et criticis plane necessarius, sed a nemine haetenus conuersus, etsi id promiserat Schreuelius. Suizerus enim derisus est a Reinesio, cum ei hoc institutum significaret, quippe cuius studia Graeca non ad literaturam profanam directa erant, ut id perficere posset. Hoc enim facturus, omnia Glossaria Graeca et Graeco-Latina, omnes Scholia, Lexica, autores, eorumque Codices inter se callatos, uariantesque lectiones in numerato habere debet.

Quod

Quod nemo potest, nisi sit infinitae lectionis, et instruetissima Bibliotheca utatur, ut Salmasius, nunc Lambecius, qui Vindobonensi est praefectus. Hic et dicendum de uersioris difficultate, quam licet melius castigare, quam primo facere. Alioqui Schreuelius Herculeum laborem in ea editione praestitit, et tot philologorum recensiones atque citationes cumulauit, ut merito ueniat in mentem mirari. Saepe etiam adduxit Martinium, popularem nostrum, Freienhaga oriundum, postea Bremae Professorem, cuius Lexicon tamen nec Dieterichio, nec mihi, valde aestimatur. De cetero haec talis uersio omnium criticorum et paedotribarum quoque crabrones facile esset irritatura.

*Ioachimus Hildebrandus*, historiae ecclesiasticae pertissimus, ex quo plurima exscripsit Iosua Arndius, quondam Professor poeseos Rostochiensis, nunc Pastor Gustrauiensis. Eius quae extant de ieiuniis satis sunt ieiuna. In antiquitatibus, in 4 editis, compilat et exscribit. In literis Orientalibus eum tamen laudat Pfeiferus, forsitan aucti pandae gratiae studio. Vir alioqui animi uasti, et supra theologi modum.

*Hippocrates*. In hoc extulit se medicina, atque is tam abieete de Persis sensit, ut pro barbaris haberet, Regemque eorum iniurere recusaret. Doctrina circulationis ex eo eruitur, cum sanguinem dicit redire ad idem principium, uera

tamen primae inuentionis gloria debetur  
Haruae.

*Lucas Holstenius*, orator, politicus et polyhistor, suimus, et a Grotio omnibus aequalibus antelatus, et Scaligero, Heinsio, Batauisque omnibus, doctior habitus, praecipuo in literis Graecis, quod Meursii discipulus fuisset, A. C. I O C L X I Romae decessit. Eius ex sorore nepos est Petrus Lambecius, qui eius commendatione aulae Vienensis innotuit, sed ab eo haeres non est institutus, propterea, quod tunc sacra Protestantium adhuc tueretur. Vid. Chr. Schulz. A. C. I O C L X I, f. 226, sq. Lambecius postea mutauit religionem, et deseruit uxorem, ac Viennam discessit, qui libros Codicesque suos omnes Augustae Bibliothecae intulit et tradidit. Qui edidit libros Bibliothecae Augustae Vindobonensis, descripsit iter Caesaris, Leopoldi, Mariaecellense. Iam ante euulgauit res Hamburgenses, Prodromum insigne opus, et dignum ut continuaretur, Aristaeum, notis suis auctum, quoque promisit. Vid. I, VII, Biblioth. Aug. Vindobon. Amores Italorum fugit oditque Holstenius, concubinis tamen indulxit. Graecam enim et Italiam habuit. Naturus est Holstenius A. C. I O C I X C I I I I mortuus A. C. I O C L X I, aetatis L X V I I . Ehe er gestorben, ist er am lezten sehr melancholisch uuorden. Cimeliorum MStorumque haeredes ab eo instituti sunt Pontifex, Alexander VII, Regina Suecica, Christiana, Cardinales Barberini et Chigi, et quidem

dem huic libri Italici, cetera, quae pecuniae nomine continebantur, nationi Germanicae, Romanis sacris operam daturae, si opis indiga exhausta que esset, legauit. Pater Holstenii Latomus, sive caementarius, aut murarius, fuit. Vid. Holstenii literae ad Lambecium, e forore nepotem, qui Viennae eum commendauit, postquam Dresdae repulsam tulit, cum alieno tempore illustrissimi Gersdorffii occupationes interpellaret. In philosophia et geographia ueteri incomparabilis fuit Holstenius.

*Homerus.* Extat de eo aliquid apud Aelianum, unde etiam Pancirollus excerpit. Daniel Heinlius eum uocat τὸν πάσης Φιλοσοφίας πρῶτον. Vid. Peplus Graecorum, p. 345. Sic et Hesiodi sapientia ab ipso laudatur.

*Franciscus Hotomannus.* Liber eius, qui Franco-Gallia inscriptus est, seditionis uocatur a Iacobo Augusto Thuano ad A. C. 1515 LXXIII. Creditur Hotomannus autor bruti fulminis. Reinefius, Epist. III. ad Vorstium.

*Ioannes Henricus Hottingerius.* VVagenseilius ei obiicit plurima errata in historia Orientali commissa.

*Samuel Hubertus,* theologus et Professor Vitembergensis, contra quem Aegidius Hunnius scripsit, atque eius controversiae editae sunt. Is ob doctrinam de electione uniuersali loco motus est, qui, cum ad resellendos Reformatos argumenta conquireret, in extrema praecepitatus, dixit, electionem esse uniuersalem, distinguebat autem

ἐν λελεγμένους et ἐν λεντές. Omnes fuisse participialiter electos, sed non nominaliter, electos. Ut, quem admodum præceptor omnes docet, sed discipuli propterea non sunt omnes docti nominaliter.

*Fridericus Hortlederus* discedit a Thuano, cum in sententiam Natalis Comitis ac Lamberti Hortensii propendet. Vid. Dissert. apud Goldastum, Polit. imp. P. XXXI, p. 1375. Etiam Thuanus saepe errat in historia transmarina atque orientali. Vid. Hornii Arc. Noae p. 421. In Descriptione et status regni Poloniae impingit in historiam, Carolum IX praeter meritum excusat ob nuptias Parisienses.

*Hortlederus, Goldastus, Arumaeus, Praeschenck, Eitel Friederich von Herden, Consiliarii Vinarientes, viri pragmatici, et rerum imperii multo peritissimi. Linckerus nostra memoria.*

*Iamblichius.* Huius historiae Babylonicae unus Codex in rerum natura dicitur extare, quem ab Hispano una cum Philostorgii historia ecclesiastica integra pro 100000 thaleris Regina Sueciae comparauit. Boeclerus in notis ad Hug. Grotium.

*Iamblichii liber de Mysteriis Aegyptiorum, antiquitatis plenus. Eadem Regina MSS. Codices Barthii, 18000 flor. uenales, comparare decreuerat, sed non processit emptio, aliis eorum distractis, aliis furtiuia manu subtractis.*

*Flavius*

*Flavius Iosephus* quaedam allegat de Mose, hau-  
sta ex lacunis Iudeorum Hellenistarum. Capellus,  
Histor. sacr. et exotic. p. 78. Loca de Christo a  
Christianis supposita creduntur, quod nego ipse.

Ed. op. Frobeniana, quae prodiit Basileae, 1500.

*Irenaeus*, homo Graecus fuit, et Graece scripsit,  
testantibus id fragmentis, et quae apud Eusebium  
in eius res gestas scripta sunt. Contrarium tue-  
tur Erasmus. Perperam. Vid. Scaliger Epist.  
CCXXXIX.

*Isocrates* et *Demosthenes* ex editione VVolfii, in f.  
Vid. iudicium Halicarnassei de eo, qui propter nu-  
merum reprehendit Isocratem, estque fatendum,  
ipsum longe esse infra Demosthenem grauitate et  
iudicio, atque eminentia numerosae orationis.  
Notae in Isocratem edit. VVolfianae sunt egre-  
giae, et tales, ut iis instructus, nullo negotio to-  
tum Isocratem assequatur. Est etiam editio, in 8.  
Eiusdem Epistolae Isocratis etiam dignae sunt,  
quae legantur, in primis illa, qua hortatur Ale-  
xandrum M., ne dialektico studio nimis immore-  
tur, sed meminerit, se natum esse rebus altioribus.

Epistola Pilati, quae ex Iuone adducitur, ficta est.

Vid. de Iustitia Pilati condemnantis Christum.

*Godofredus Jungemannus*, Lipsiensis, omnium  
doctorum, qui in Iulium Caesarem commentati  
sunt, notas collegit, ut Rhellicani, Glareani, Glan-  
dorpii, Camerarii, Manutii, Ciaconii, Sambuci,  
Vrsini, Hottomanni, Bruti, Brantii, 1606, 4. Altera  
editio auctior, 1669, 4, cum interprete Graeco.

*Athanasius Kircherus.* Extant huius Opera maxime laudis, I Oedipus Copticus, cum Prodromo Aegyptiaco, II China illustrata, III Ars magna lucis et umbrae, IIII Mundus subterraneus, V Latium uetus et nouum, VI Obeliscus, VII Iter Ekstatum, IIX de Peste. Maximi eum aestimat Gerike, mechanicus Magdeburgensis. Ac certe prodest ad curiositatem. In doctrinis mathematicis, physicis et linguis Orientalibus, praeclare uersatus, et subsidio Bibliothecae Vaticanae adiutus a Caesare, Leopoldo, et Duce Brunsvicensi, Augusto, stipendum accepit.

Propterea Kircherus notatur merito ab eruditis, quod plurima fabulosa cumulauerit in Oedipo Aegyptiaco, quamvis id alii excusent. Vid. Notae in Iustinum, p. 40. Kircheri Phonurgia noua Campidonae, 1673, f., Mundus subterraneus, Amstelodami, 1665, f., Latium, 1671, f., Turris Babylonica, ib. 1679, f., Museum, Obeliscus Aegyptiacus, Mumia et Polygraphia, ib., 1678, f., Ars magna lucis et umbrae Romae, 1646, f., Obeliscus Pamphilii, ib., 1650, f.

*Petrus Lambecius,* multae lectionis, nec tanti iudicii, quantae industriae ac fiduciae, uir est. Ex Rectore scholae Hamburgensis factus est Consiliarius, Bibliothecarius et Historicus, Caesaris, Leopoldi, I ualuit ad eius existimationem honoremque commendatio Holstenii, Bibliothecarii Romanii, II Pater, Vilielmi, eum insinuauit in amicitiam Patris, Mulleri, qui Viennae omnia potest.

Christo-

*Christophorus Lehmannus.* De hoc Baro Boineburgicus, *Debetur*, inquit, *illi libro titulus maior*, quam *spira uel tota comprehendere ualeat*. Vid. Boineburgi Epist. ad Lambecium, Praef. eius libri II Rerum Hamburg. Allegat tamen quasdam Constitutiones minime germanas et sublestae fidei, et notatur a Boeclero, Notit. p. 208, ubi autor der Grundfeste ab eo seductus dicitur, saepe etiam a Conringio, atque huic maxime, notatus. Neque id mirum, homo fuit. Conringius Helmstadii dicere solitus est, hunc scriptorem primo obiter inspectum ferme sibi in leui habitum fuisse, mox lethum aperuisse oculos sibi in historia Germanica, dignumque iam censeri, qui legatur a politicis, ut Biblia a theologis. Carolus Ludouicus, Elect. Palat. ad Rhenum, aevo nostro sine dubitatione doctissimus, ita gnauiter legit Lehmannum, ut eum in succum et sanguinem conuerterit, ac pene memoriter recitat potuerit. Archiuum ciuitatum imperialium Spirense nondum in lucem emissum est. Vid. Goldastus de Regno Boiemiae, p. 242. Eo tamen haud dubie usus est Lehmannus. Saepe allegatur Eisengrein et merito notatur, primo, ut fabulosus aliquando, deinde, ut compilator Auentini, I, 21, p. 36. Is Vilielmus Eisengreinius scripsit Chronicum Spirense, saepe etiam a Ferreolo Locrio citatum. Capitularia Caroli M. edidit Vitus Amerbachius, Concilia Galliae Iac. Sirmondus. Lehmannus nimis fauit Episcopo Spirensi in plurisque capitibus, hinc exceedere coactus urbe, feri-

ba alioquin doctissimus, ex quo se iura publica didicisse, fassus est Conringius. Chronicon Spirensse Lehmanni, in f, melior est edit. in 4, quae Francofurti, 1662, prodiit.

*Godofredi Vilielmi Leibnitii Accessiones historicae*, quibus utilia superiorum temporum historiis illustrandis scripta monumentaque nondum ha-  
etenus edita, inque iis scriptores diu desiderati, continentur, Lipsiae, 1698, 4, I Chronographus Saxo, II Io. Viti Durani Chronicon, III Gesta Treuirorum, IIII Vetus Chronicon Holsatiae sub titulo continuationis Helmoldi. Accessionum historicarum Tomus II, continens potissimum Chronicon Alberici, monachi trium Fontium, diu desideratum, et e MSS. editum, a G. V. Leibnitio, Hannouerae, 1698, 4.

Albericus, monachus trium Fontium floruit XIII  
seculo, A. C. c. 10 c. c. xli, multa ex eo addu-  
xit Chiffletius. Vid. Schoenleben, Prolegom.  
p. 175. Philippus Labbeus legit et citauit Alberi-  
cum ineditum in Chronologia, P. III, sec. XIII,  
p. 5, sq.

*Iohannes Leunclavius*, Vestphalus, in Prooemio historiae Musulmannae ipse praedicat, historiam Turcorum esse tentatum opus a Graecis, affectum ab aliis, perfectum a nemine, cuius in lucem la-  
bor exierit. Perinde ac si diceret, hanc sibi soli palmam reliqtam fuisse. Et principio Historiae ait, Se res gestas Turcorum de Commentariis ipsorum et barbarorum protulisse in lucem.

Scri-

Scripsit etiam Annales Sultanorum Ottomannidarum, immo, non tam scripsit, quam a Turcis sua lingua scriptos edidit. Prodierunt Francofurti, 1596, f.

*Ligurinus* primo repertus est a Conrado Celte, hinc editus nouissime a Iusto Reubero cum notis Io. Spigelii.

*Iustus Lipsius*. De Lipsio Scaliger, maximus ille criticus, quam pueriliter de Tragoediis Senecae iudicat, uid. Ep. CCXLVII. Lipsii discipuli fuerunt Aubertus Miraeus, Ioannes a Chokier, Ioannes Baptista Gramaye, grati et summa doctrina viri. Lipsi Saturnalia, liber lectu dignissimus, iudice Henrico Salinuth. Vid. ipsius notae ad Pancirolium, p. 699. De Lipsio uid. Caspar Ens, Histor. Belg. Paralip. p. 404, sq. Notatur a Julio Caesare Bulengero, in Historia sui temporis.

*Lucianus A. C. CLXX.* Hunc omnium optime lingua Italia expressit Ioannes Baptista Gellius. Vid. I. A. Thuanus, ad A. CIOIOLXIII. Lucianus egregie αττικής ήται σατυρικός, praeclare de eo iudicat summi iudicij vir, Photius. Quem non accurate legit magnus Salmasius, quod negat εὐχαριστίαν, non usurpari pro gratias agere, apud Atticos, cum tamen ea notione sumat Lucianus, qui αττικής, quod notauit sane Vossius.

*Titus Lucretius Carus*, Romanus, scripsit libros de natura rerum ad Epicuri mentem, ipse passim pro-

profitetur in illis, se ideo scripsisse, ut liberaret homines metu deorum et onere religionis.

Talia sunt scripta Pomponatii et Bodini Philosoph. natur.

*Lysiae Orationes Latine et Graece editae*, 8, iudicio et prudentiae delectu egregiae, neque stylo dispare, maximi aestimantur ab illustrissimo Henrico Frisio, sicut et epistolae ecclesiasticae ac theologicae praestantium et eruditorum virorum Amstelodami, 1660, 8, editae. Quibus inserta est Ioannis Quistorpii de excessu Grotii, sed quae Calouio non sufficit ad indicandam ueri Christiani notam. Er sagt, *Es unaer nicht genug, unus D. Quistorpius uon des Grotii bekaentnis geschrieben.*

*Macrobius Aurelius Saturnalium librum septimum totum est suffuratus ex Plutarchi Symposiacis, Mercurial. III, 5. Alioqui insunt in eo plerorumque scriptorum deperditorum fragmenta.*

*Ch. Malincrot*, vir doctissimus, sed cuius non benignum fatum fuit. Vid. Thuld. Hist. ad A. 1510 C. LIIII, p. 154.

*Marcus Antonius de Dominis* fuit condiscipulus Gregorii XV, qui eum benignius habuit, et suasionibus inducere uoluit, ut doctrinae a Romana ecclesia alienae nuntium mitteret. Eo mortuo, Iesuitae inedia et ueneno ipsum sustulerunt, caderque cremarunt.

*Ioannes, Episcopus Dunelmensis*, de Historia transubstant. Pap. p. 14, sq. Opus eius in Anglia typis auspiciisque regiis est excusum, insigne ad notitiam antiquitatis.

*Ammia-*

*Ammianus Marcellinus*, Afer, grauis scriptor, dux  
ritter, more Afrorum omnium, scripsit *Vitam Iuli*  
*Iosepho Scaligero editus.*

*Marculphus* uixit seculo VII, monachus sui aeu*eruditus*, et a formulis hoc seculo, *Lutetiae Paris*  
editis, laudatissimus. *Conf. ad eum notae Hiero-*  
*nymi Bignonii, Parisiensis*, qui dum uiueret, inter  
Galliae doctissimos habitus est, patronus *Grotii*  
maximus.

*Ioannes Mariana*, prudens rerum Hispanicarum  
scriptor, ut ut saevis alias dissidentium in religi-  
one hostis. *Conring. Dissert. de Maiest. circa sacra-*  
Gallorum infenfissimus hostis. Libri eius in Gal-  
lia exusti. Quantus ille Gallorum, tantus *Vlricus*  
*Huttenus Venetorum*, hostis fuit. *Vid. Grasuuin-*  
*ckelius de hoc lib. Venet. p. 211.* *Mariana editio*  
triplex, prima Toletana, secunda Francofurtana,  
tertia Moguntina. Pro hac facit in allegatione  
Pontificis Alexandri Beumannus, *Diss. II, c. 2.*

*Valerius Maximus* Scaligero audit nimis affecta-  
tor sententiarum. In *Bibliotheca Lipsiensi* sunt  
*Valerii Maximi II MSS.*

*Philippus Melanchthon*, communis Germaniae  
praeceptor, et Lutheri adiutor. Satius fuisset illi,  
abstinere manum a religione, et assidere literis  
humanioribus, aut nihil mutare in iis, quae au-  
spicatus fuerat Lutherus. Der theologus uuar-  
gar zu politisch. *Ioannes Conradus Dietericus*  
de illo durius, er haette an Luthero, ia an seinem

Fur-

Fursten, in materia Sacramentaria schelmisch gehandelt. Certe fatendum, quod non recte et contra fidem.

*Hier. Mercurialis.* Huius uariae lectiones multae atque reconditae sunt eruditionis, et si aliquando, et praeter meritum, notatur a Iosepho Scaligero, ut dum is, sumere aquam, apud Propertium accipit pro eo, quod dicimus, ire ad secessum et emittere aquam. Contra Mercurialis ad consuetudinem meretricum transfert, aqua post initiam Venerem loculos, quos natura abscondidit, eluentium. Quod etiamnum alia significatione solent Itali, et in India Lusitani, neque alia significatio, Ouidius, sumere aquam, uoluit denotare. Ut adeo non sit ualida defensio Scaligeri, qua utitur in Animadu. in Eusebium, dum sumere aquam spud Ouidium explicat per Ironiam.

*Christophorus Mylaeus.* Huius exquisita et elegantissima rerum uniuersitatis historia laudatur a Ioanne Valentino Andreae in libro, qui inscribitur, Rei Christianae et literariae subsidia, qui editus est Tubingae, 1642, 12. Mylaeus, in 8, Jenae recusus est, cuius liber laudatur in Dissert. de Nobil. Gothica, quam auspiciis nostris edidit, 1679, M. Iachesius, Praetor Holmensis apud Suedos.

*Ioannes Michaelis,* Sulatensis, medicus clarissimus, cuius Bezoardicum toto ferme orbe celebre in Siciliam usque transuectum fuit. Eius discipuli fere omnes Empirici fuerunt, ut retulit Zieglerus.

glerus. Quibus saepe plus tribuendum est, quam  
subtilibus illis ac experientia destitutis.

*Miltonus*, Luscus ille, immo, Cocles, causam in-  
iustam speciosius defendit, quam Salmasius iustum,  
et ueritati atque iuri maiestatis innixam.

*Ioannes Morinus*, uir antiquitatum biblicarum  
peritissimus.

*Thomas Morus*, A. c. 1510 xxx. Scriptis Histori-  
am Eduardi V. Allegat Schmidel. Obs. ad Diss. I  
Boxh. p. 171. Vti Baconius Henrici VII, Angliae  
Regis. Th. Morus Angliae sua Socrates. Vter-  
que enim utriusque similis in exitu ex hac uita.  
Nam ille, cum cicutam biberet, hic cum gladio  
feriendus esset, iocatus est. De illo uid. Erasmus,  
Apophlegm. III, de hoc Histor. Anglic. Vir pru-  
dentia et doctrina nemine inferior, in maximis  
praeter hoc reipubl. negotiis uersatissimus. Lau-  
dat eum et Vtopiam eius Conringius de Maiest.  
ciu. aut circa sacra, posit. XXXII. Supersunt  
quoque eius nitida Epigrammata. Mori Opera  
theolog. Londini 1675, f., prod.

*Mosén Trismegistum* fuisse putat uulgus, sed  
ineptissime. Historia ultimorum temporum ex  
solo Mose petenda est, a quo profani scriptores  
sua fabulis implicata mutuati, aut potius ingenio-  
se suffurati, sunt, ut agnoscit Scholiares Pindari,  
et docent demonstrantque Patres, qui polyma-  
thiae studuerunt, Clemens Alexandrinus, Cyril-  
lus, contra Julianum, Theodoretus, et hinc multa  
surripuit Trismegistus.

Nuper

Nuper inter quosdam disceptabatur, an historia esset pars philosophiae. Ineptus esset, qui affirmare uellet. Nam philosophia tractat uniuersalia, historia singularia. Historia est habitus, et pertinet ad Grammaticam, et Criticam. Historicum enim oportet esse polyhistorem, qui Graece et Latine sit eruditus. Legatur Vossius de Arte historica. Aliud est ars historica, aliud historia ipsa. Moses non antiquissimus tantum omnium historicorum, sed et promus condus ipsorum rete dicitur. Quidam ex Exodo Mosaica totam artem Chymicam docere ac demonstrare uoluit. Quod legimus de sacrificiis, aliisque ritibus, Mosis originem debet. Clemens Alexandrinus inter Patres praestantissimus, qui omnes historicos et poetas excusserat, in libro Stromatum ostendit, quod philosophi omnia ex Mose sussurati sint. Cyrillus, qui ipsum Clementem Alexandrinum ingenio longe superauit, ex hoc fonte in suos riuiulos multa deduxit. Hic librum scripsit contra Julianum, eique rerum omnium originem ex Mose demonstrat, ac docet, plerosque profanorum scriptorum Mosis uitulo arasse. In quo negotio tanto accuratius uersari debebat, quo doctior erat Julianus, Imperator, qui Graece et Latine eruditissimus erat. Hic uero doctrinam Christianam, eiusque origines, pro inceptiis habebat, sed confutabat eum Cyrillus, et ad primas origines ducebatur, omniaque rectius edocebat. Theodoretus in commentando omnium Patrum fuit felicissimus, et in philosophia et antiquitate uersatissimus, et in moralibus studiis praestantissimus, in historia aliquando lapsus est. Hic animaduertit, omnia a Mose sumptissime Graecos, et ultra hunc non ascendum. Quin immo, ipse Plato Mosis uestigia secutus.

Seba-

*Sebastianus Munsterus A. circ 15 L.* Laudatur a Casaubono tanquam eruditissimus. Tilemannus eum ob fabulas notat in *Descript. Asiae et Africæ*. Ego quoque multum in eo desidero in Germaniae rebus. Nolim certe illi semper adhibere fidem, qui tam multis lapsus est modis.

*Gregorius Nazianzenus.* Eius *Orationes terse luculenterque edidit Henricus Saulius, in 4, cum selecto eruditoque Graeco commentario.*

*Christianus Noldius, Professor Academiae Hafniensis,* ob quaedam exempla, contra regnum haereditarium posita, a Petro Rizio, Cancellario, apud Regem accusatus, et post loco motus, est. Illum enim offenderat, quod in Programmate publico Cancellarii, tanquam Academiae Hafniensis patroni, mentionem omisisset, id ut faceret a Iano Suaningio, Regi alioquin caro, persuasus, qui, cum eum in gratiam redigere non posset, promisso speque se delusum uidit, inuisus theologis, contra quos uehementissime disputans contendebat, et, quia nullo patrocinio familiarum, coelebs, et nulla necessitudine munitus erat, in statu haud felici uixit. Vir doctus quidem, sed non prudens.

*Olaï Magni celebres libri sunt de Gentibus Septentrionalibus, in f.*

*Olaus Wormius, medic. olim in Academia Hafniensi Professor, qui edidit Monumenta Runica, in f., antiquitatibus Danicis illustrandis ap prime idonea.*

G

Orige-

*Origenes Adamantius.* De Origene et Origenianis uid. Diss. Ioannis Fechtii pererudita.

*Abraamius Ortelius* Tabulas geographicas signauit. Sed hae magis Grammaticum referunt, quam Geographum. Is haec tenus magni aestimatus fuit, quia eo melior non repertus. Mirum in tanta restauratae literaturae luce. In Tabulis magnae Graeciae plenus erroribus est. Conf. Philippi Clauerii praef. in Germ.

*Hieronymus Osorius*, Lusitanus. Hoc tempore inter ceteros opus non uulgare de Gloria edidit. Coelius Secundus in Partit. Ciceronis, p. 260.

*Martinus Opitus*, Germanorum Virgilius, et antiquarius haud ineruditus, fuit Vladislai IIII, Regis Poloniae, historicus, in cuius gratiam Gedani, ubi ignominiose obiit, rerum Polonicarum Commentarios edere constituit, sed, morte praeuentus, ad finem non perduxit. Maximus eius Patronus, atque apud Regem commendator, fuit Hannibal a Dohna, cuius, ut et Opiti, in Epistolis meminit Hugo Grotius. Ab Rege Poloniae habuit ultra mille florenos. Postea eius locum ornauit Ioachimus Pastorius, qui nuper composuit Florum Polonicum.

*Ferrantes Pallavicinus* inter Italos nostri aeui disertissimus, qui autor creditur insignis libri, qui nominatur titulo Diuortii coelestis. VVagenseilius Disp. de Imper. post Francos, p. 28.

De *Sfortia Pallavicino*, Iesuita, Italo doctissimo, uid. Adolphus Thuldenus A. C I O I O C L V I I , libro VII,

VII, p. 20. Philosophia moralis, seu, de bono libri IIII, R. P. Sfortiae Pallavicini, e Soc. Iesu, Coloniae Vbiorum, 1646, 4.

*Marcellus Palingenius Stellatus.* Aliquando uitia speciose insinuat, et uiam prope munit ad uitam prauam, Deique negligentem.

Marc. Palingenii Zodiacus Vitae, 1569, 8, omnium optima editio. Conf. Catalogus Biblioth. Marckianae, p. 107.

*Guido Pancirolus* notatur a Julio Caesare Bulenger, II, 21. *De illustribus*, inquit, *multa turbat Pancirolus.*

*Ioachimus Pastorius.* Hunc uere Cromerum contraftum dices. Pulchre enim uastam eius Historiam in compendium redegit. Vid. autoris praefat. super Florum Polon.

*Aſconius Pedianus A. C. L. XVI*, Patauinus Grammaticus, qui Orationes Ciceronis illustrauit Commentariis, qui hodie extant. Primo in Italia, post Basileae, proxime in Batavia, recusae sunt eius commentationes.

*Wilhelmus Perkinsus.* Casuum conscientiae decisiones, tribus libris comprehensa, opera et studio VVolfangi Mayeri editae Basileae, 1609, 8. Liber III inscribitur Ethica Christiana.

*Dionysius Petavius*, mathematicus, chronologus, antiquarius, theologus, philologus, polyhistor denique, egregius, et uerbo, uir incomparabilis, atque in Graecis saepe etiam Casauboni non ineruditus censor fuit. Opera eius, de Doctrina tem-

porum, sive mathematica, Antuerpiae, 1703, de-  
novo editae sunt III Tomis, f. Eiusd. Dogmata  
theologica, ib., 1700, vol. I, II, f. In rationibus  
astronomicis saepe tamen castigatur a Bullialdo,  
quin et Petauius in cognitione medii aei se  
mihi approbavit.

*Samuel Petitus.* Eclogae eius chron. liber ad-  
miranda eruditio[n]is, et antiquariis atque chro-  
nologis utilissimus. Nam chronologia reformata  
Riccioli est nimia theoria subtilior et abstractiu[a].  
Scripsit et Petitus de Iure ecclesiarum quaesito  
per rescripta Principum. Mortuus in pago Ar-  
quato. De quo uid. Quadit. Ital. p. 131.

*Leges Atticas* Sam. Petitus collegit, digessit, et li-  
bro commentario illustravit. Opus iuris, litera-  
rum et rei antiquariae studiosis utilissimum, IX  
libris distinctum, in quo uarii scriptorum veter-  
um Graecorum et Latinorum loci explicantur  
et emendantur, Parisiis, 1635, f.

*Franciscus Petrarcha* pulchro carmine bellum  
Punicum condidit. Soluta dicendi ratione quo-  
que nemini facile inferior, ut eius scripta faciunt  
testatum.

*Suffridus Petri* aut fabulas, aut calumnias, inserit  
suis, iudice Emmio. Hospes in Frisica historia,  
et peregrinus. Nec melior eo Furmerius. Suf-  
fridi Petri is simius.

*Christianus Petri.* Verum nomen Statius Bu-  
scherus, qui scripsit aduersus Helmstadienses the-  
ologos, non multo post in exilio mortuus, cum  
uoca-

uocatus se iudicio ad dicendam causam fistere nollet. Vid. Acad. Iuliae Pietas.

*Demetrius Phalereus* docet stylum tenuem, qui legatur.

*Philo.* Huius liber de Mundo est suppositus. Vid. editio Parisiensis, 1640. Lambecius, T. VII,

p. 34.

*Vincentius Placcius*, I. V. L., saepe specie inanum ualidus fuit, et plus operae, quam iudicii, adhibuit, atque illo ipso restatus est, quas farragines saepe et quos centones suo Syntagmati Pseudonymorum inseruisset, neque ex triuio arrepta distinxisset a ueris.

*Petrus Pitheus A. C. c. 10 10 xc.* Ex huius Bibliotheca prodierunt Rhetores, Rutilius Lupus, Aquila Romanus, Iulius Rufinus, Curius Fortunatianus, Marius Victorinus, Sulpitius Victor, Emporius Rhetor, Aurelius Augustinus, Iulius Seuerianus, Rufinus, Priscianus Caesariensis de Praeexercitamentis rhetorices, Aurelius Cassiodorus, Beda de Tropis sacrae scripturae, Isiodorus de Arte rhetorica, Anonymus de Locis rhetorics, Albinus Alcuinus Dial. de Arte rhetorica, Parisis, 1599, 4, ex offic. Plantiniana.

Decem Graecorum Rhetorum Lexicon edidit Henr. Stephani utile atque luculentum satis.

*Ioannes Pistorius*, Doctor medicus, et historiae gnauiter peritus, patris theologi pii et eruditissimus, in aula Caroli, Marchionis Badensis, uixit et medicinam fecit, aliquandiu in Zuinglianis

partes propendit, mox ad Pontificios deflexit, inter quem et Iacobum Andreae colloquium Badae: habitum est. Vid. Vita Andreae, ab Heerbrando descripta.

Hassiacos Landgrauios a Brabantiae Ducibus descendere, certum est itidem. In huius vero serenissimae familie, immo, omnium Thuringiae patriter, et Hassiae, (qui olim iidem) Landgrauiorum, genealogia exacta concinnanda, uidetur prae aliis operae fecisse pretium. Ioannes Pistorius, singulari libello, addito Tomo I ueterum Germaniae scriptorum ab sese edito. Vid. Contingii Annotata ad Lampadium p. 190. Conf. Thuanus, Hist. XL I, p. 768.

*Plato.* Charakter eius non est Φιλοσοφικός, sed tumidus et declamatorius, et praeterea symbolicus ac hieroglyphicus, libri autem de Republica et legibus magis habent genus Φιλοσοφικῶν χαρακτήρεων. Aristoteles in eo excellit, tenuemque et accuratum characterem philosophicum retinet. Platonis interpretes uid. apud Philippum Labbeum in Conspictu Graecorum interpretum Platonis, edit. Parisiensis.

*Plutarchus.* Quaedam Plutarchi perperam inscripta sunt, ut ex Codice chartaceo docet Lambecius, Biblioth. Vind. VII, p. 122.

*Poetae Graeci* principes carminis heroici, et alii nonnulli, et fragmenta aliorum edita sunt, 1566, f., ex officina Henrici Stephani, sine uersione Latina, iterum cum Latina uersione, 1606.

Mar-

*Martinus Polonus.* Huius elegans Chronicon extat, cum Pontificum, tum Caesarum, seriem exhibens. Nuper Coloniae excusum, in f., conspicuum. Vid. Zeillerus, Ind. hist.

*Politianus,* politissimus scriptor, sed aemuli et inquieti ingenii. Nam Chalcondylen iuxta se Florentiae pati non potuit, qui tandem concessit Mediolanum. Vid. Tom. VII H. A., p. 504.

*Antonius Possevinus* refutauit Machiauellum, quem non uidit. Eum notat Georgius Hornius, etiam ante eum ipse fide dignissimus historicus, Thuanus, ut allegat Hornius, Hist. P. diss. XIX, p. 155, sq. Alibi Thuanus cum uocat uirum ex fodalitio Iesuitico, et literatum, et tractandis negotiis summe idoneum, A. C. 1510 xci. In scriptis eius eminet Bibliotheca selecta et Commentarius de rebus Moscouiticis.

Atque hic Commentarius uix habet, in quo eius laus excellat emineatque.

*Priscianus* A. C. 10 xxx floruit, Iustiniano imperante. Excudit eum Eucharius Ceruicornus, 1528, f. Natiuitate Romanus fuit, ut constat ex Baptista Guarino.

*Procopius* praeter meritum aliquando fugillat Iustinianum. Vid. Vossius de Mag. p. 18. Versio Latina rara fuit antehac, adeo, ut Gustauus Adolphus Pelargo, petenti saluam custodiam, dixerit, Caluiniane theologe, hanc tibi concedam, si Procopium Latine uersum mihi tradideris. Illo respondente, Graecum se habere, mox difficilis ui-

sus est Rex. Sed commodum a Magiro, doctissimo viro et collega, submonitus, sibi esse Latinam uersionem, quam daret Regi, obtinuit saluam custodiam. Extat in Historia Byzantina, cum uersione luculenta Nic. Alemanni. Hic memoranda *avendora* Procopii, ad quae edita est luculentissima dissertatio Ioannis Eichelii. In iis traditur de Iustiniano, Imperatore, pessimum iuxtaque flagitiosissimum fuisse Imperatorem.

*Michael Psellos*, philosophiae Platonicae acerrimus sectator, Hist. Goth. II, p. 505. Ex Psello ferme summulas suas exscriptis Petrus Hispanus, Thomasius, Sched. hist. p. 15.

*Urbanus Regius*, Sacerdos Augustanus, cuius uita, doctrina, conciones, ita probatae sunt Ernesto, Duci Luneburgico, ut cum constitueret ecclesiarum Luneburgicarum Antistitem generalem. Meibomius, Chron. Brunsf. p. 450.

*Ioannes Baptista Ricciolus*, Professor Bononiensis, mathematicus et chronologus celebris.

*Religio medici*. Ad religionem naturalem, in qua multi perperam subsistunt, diuiniores oblii, uiam munit Atheismi, qui hinc sequitur et promanat, primus in Italia doctor fuit Pomponatius. Eidem instituto seruit theologia naturalis Ioannis Bodini. Dialogus heptaplomeres, qui plenus est eiusmodi tribulis, Vanino, ab aliis Vilielmo Postello, ascribitur. Huius MSS. asseruantur Parisiis, et Seidelio monstrata sunt a Naudaeo. Numer prodiit tractatus theologico-politicus, siue de liber-

libertate philosophandi Spinozae, conuersi Iudaei, quem refutauit Cuperus, sed is se ingeniosius in causa mala tutatur, quam hic in bona causa solidius refellit.

*Religio medici uehementer me delectauit. Utinam nemo medicorum, immo, theologorum, illo homine sit minus religiosus,* inquit Conringius in Conringianis, p. 10.

*Iustus Reuberus, Ictus, historicus insignis, et Cancellarius Palatinus, eius iudicium de matrimonio Episcoporum, in conuentu delegatorum, A. c1515 xxvi Vormatiae Vangionum habito, apud VVinkelmannum, Hist. Oldenb., p. 80. Edidit Tomum scriptorum Germanicorum.*

*Georgii Ruxneri Thurnierbuch, siue liber torneamentorum, suspectae fidei Goldasto est. Neque abs re, uulgs tamē sequitur et exscribit. De Regno Boiemiae, II, 14, p. 219.*

*Ioannes Rosinus A. C. c1515 LXXV. Multi de Rosino sinistre sentiunt. Multi compilator sine iudicio audit. Rosinus in compendium redactus a Friderico Hildebrando, Exrectore Northusano. Vid. Anagrammat. Praetorii, p. 73. Fuit Antistes ecclesiae Naumburg. Cathedralis.*

*Correctus et castigatus ab Andrea Schotto est. Hanc editionem Dietericus mihi commendauit.*

*VVernerus Roleuinck de Laer, natione Vestphalus, plurima ex sacris et historicis attigit. In primis celebris est eius Fasciculus temporum. Fuit*

G 5 mona-

monachus Carthusianus. Ioannes Linturius scripsit appendicem ad Fasciculum temporum VV. Roleuuinckii. In historia sua potissimum complectitur res Voilandiae, ubi domi fuit. Vid. autor Vitae Godofredi Viterbiensis ex Trithemio et aliis praefixa.

*Sextus Rufus*, siue *Rufus Festus*, tempore Valentini I floruit, eique Breuiarium Imperii Romani inscripsit, quem non fuisse Christianum Frid. Sylburgius colligit, neque falsa conjectura ducitur, uel eo argumento, quod de Iuliani interitu mitius narrat, ac Christiani omnes soleant. Vide Carolum Sigonium, Balthas. Bonifacium. Character scriptoris est tenuis, concisus, saepeque impurus.

F. Sylburgius fuit Hassus, scribit se VVetteranum ab oppido Meer, per Bibliothecam Heidelbergensem eruditus factus est, quae bello tricennali Romanam aucta est, incomparabili Germaniae damno. Valentianus M., siue I, glorioissimi titulum, quem Festus ei ascripsit, neque sumpxit, neque usurpauit. Franci autem, quos Carolingos dicimus, aemulatione Graecorum hoc titulo usi sunt. Atque hic Imperator genus suum duxit a Gratiano, cognomine Funario, (quia funem habuit, aut traxit) Pannonicae gentis uiro, qui pietatem cum fortitudine coniunxit, et ope, ac studiis, militum imperator est renuntiatus. Vid. Socrates, Theodoretus, Nicephorus, Historia tripartita, cuius autor est Cassiodorus, Cancellarius Theodorici, Victor Am. Marcellinus, Sozomenus, Hist. III, 36. Valentianus hic de imperio ac re Christiana bene meritus

meritus est, maior futurus, si monitores ei meliores contigissent, atque hanc ob causam eius exemplo quaedam singularia non aliter imitanda sunt, quam quatenus id retinent, propter quod cum recta ratione imitamur. Auaris quidem admodum fuit infensus, quod ex disciplina Christianorum didicit, cum ii praeципuam in Deo curam ponant, eumque fide nixi per solitudines ac silvas sequantur, nec stationem deserant temere, operae negligant, aut luxu otiove perdant atque inutiliter perfundant, sed pie ac prudenter omnia faciant, et muneri suo omni studio ac diligentia fungantur. Nihil ergo laudis Valentiniiano detrahit, quod eruditionis expers fuerit. Usus enim rerum confirmati, die praxin haben, bene impetrare possunt. Regnauit A. C. CCCLXIII.

*Salmasius.* VValo Messalinus alio, eoque ficto, nomine. Vid. Hildebrandus, *Dissert. de Episcopis.* Recte Conringius, Clarissimus Salmasius, inquit in *Defensione Regis Angliae*, sibi non satis cauit, illa, quae de ordine Regum primo apud maiores legenduntur, ita passim accipiens, tanquam promiscue ad omnes pertineant. *Dissert. de Diff. regn. pos. XI.* In Museo Boeleriano quoque uapulat.

*Salustius* in Laconico stylo princeps.

*Ioannes Sambucus.* Huius extant *Emblemata*; et aliquot numi antiqui operis Antuerpiae, 1569, 12, superioris seculi. Sed uineat eum Carolus Patinus, nouissimus numismatarum concinnator, hunc Augustus Tarragonensis, praesertim Meierus Lipsiensis.

Saxa

*Saxo Grammaticus A. c. 10 c. Annales eius  
magis poesin, quam historiam, sapiunt, iudicante  
praeclarissime Vbb. Emmio, Rerum Fris. V.  
Quod Boeclerus de Saxone, id non perperam di-  
cerem de Adamo Bremensi. Alioqui fatendum,  
Saxonem, Danicarum rerum scriptorem propri-  
um, et laudum praeconem audum. Vid. Apol.  
refutat. p. 52, idem Vbbo. Huius Saxonis optima  
editio a Stephano procurata est.*

*Iosephus Scaliger. Scaliger Meliso ~~nat' av-~~  
~~yaedimua~~, Lac geris. Schediasmat. reliqu. p. 70.  
Sunt, qui conicere ausint, Iosephum a patre, Julio  
Caesare, castratum esse, ne matrimonium iniret,  
neque splendorem familiae illustris detereret.*

*Scaligeri supremam noctem praecessit defectus lu-  
nae, Heinrius, Syll. III, p. 72.*

*Schardius Redinius, siue rerum Germanicarum  
scriptores uarii, olim a D. Simone Schardio in  
III Tomos collecti, haec tenus diu desiderati etc.  
opera Hieronymi Thomae, Augustani, I. V. L.,  
Gieffae, 1673, f.*

*Hieronymus Thomae, Augustanus, Gieffae aequalis  
meus, et poetices Teutonicae gnauiter studio-  
sus, ac literarum humaniorum mediocriter gna-  
rus, animum ad ius applicauit, non oblitus hi-  
storiae, modo non praecepitasset consilium, cum  
uxorem Gieffae duceret, ex quo factum, ut  
propter rem tenuem Augustam Vindelicum re-  
cipere se, corrigendae fortunae causa, coactus  
fuerit. Sed ea literatorum et literarum fata  
sunt, et ipsius Melch. Goldasti, qui facultatibus,  
dum*

dum uiueret, parum pollebat, uir, ut de eo sentiebat Dietericus, prytaneo dignus, licet ipse patientia, et exquisito studio, atque historiarum dulcedine, calamitatem suam solaretur, et titulo Consiliarii honorarii contentus esset. Friderici Hortlederi studiosissimus fuit, et autor adiutorque in multis, ut nisi fuisset Goldastus, non scripsisset Hortlederus. Longe infra utrumque est Caspar Lundorpius etc.

*Andreas Schottus*, Belga, uir profundae eruditionis appellatur I<sup>f</sup>. Casaubono. Vid. Dionysii Saluagnii Comment. in Ibin, p. 201. Eius Victor est opinie atque castigatissime editus.

*Schottelius* Teutonum Varro uocatur a Mart. Kempio Diff. de Oseulis, p. 22.

*Caspar Scioppius*, alio nomine Pascasius Grosippus. Vid. eius Parad. literar. Conf. Axenius in Phaedrum. Tegit se item nomine Holofernus.

*Vitus Ludouicus Seckendorfius* scripsit insignem librum sub titulo Fursten - Staat, et praeter hunc repetitam et necessariam defensionem iustae protectionis Saxonicae in ciuitate Erfurtensi. Sic colligit VVinkelmannus in Descript. VWestphal.

*Ioannes Seldenus*, uir lectionis infinitae dicitur Conringio, eo tamen ipsi notatus, quod dum nimis studuerit rebus Anglorum, detraxerit ueritati. Exemplum erroris est, cum affirmat, totum Oceanum Anglicano olim imperio subiectum, fuisse. Vid. Conringius in fine libri de Finibus imperii.

Gusta.

*Gustauus Selenus.* Gustauus per Anagramma Augustus, Selenus, id est Luneburgensis. Hulsemannus eum false uocauit Lipsiae pro concione, einen furnchmen postillanten. Nam et Bibliis uertendis, et concionibus scribendis, manum admouit. Hic est ille Augustus, qui cognomine sapientis honoratur. Nec sine causa. Omnem ferme eruditionem sapientiamque complexus est.

*Nicolaus Serarius,* in Academia Herbipolensi uir egregius, eruditione praestans, et in Franco-rum historia egregius, religionisque suae assertor, a Caesare Baronio, Annal. eccl. T. I, p. 260, laudatus, qui cum illo literas commutauit, cuius uersionem loci alicuius Chrysostomi praefert uersioni Vossii, ibidem.

Moguntiacarum libri V, autore Nic. Serario, Soc. Iesu, S. theol. D. et in Academ. Moguntina Profess., 1604, 4, Mogunt., mihi A. CIO 10 LXXXI constituit 1111 imper. in offic. Bielkiana.

*Ioannes Genesius Sepulueda,* Cordubensis, A. CIO 10 XX. Eum saepe laudat probatque Victorius in Comment. ad librum IIX Aristotelis. Nimis aulici fauoris studiosus, cum de iure in Americanos aduersus Acostam disputauit, et Hispanis magis, quam ueritati, patrocinari uoluit. Conringius, Disp. de Oligarch. prop. 33. Arguit eum A. CIO 10 LXXII Thuanus, quasi professione, non animo, theologum, cetera Graece Latineque peritum, et in studiis sapientiae praedclare ueratum.

Sesel-

*Sefellius* a Ioanne Sleidano Latine editus est.

*Claudius Serranus* scripsit Epistolas ad Vincen-  
tium Fabritium, eruditio[n]is et limatissimorum iu-  
dicatorum plena[s], sententiamque dixit de ecclesia-  
sticis et ciuilibus autoribus, etiam de nouissimis,  
ut Grammondo.

*Caroli Sigonii* I de Regno Italiae, II de Rebus Bononiensibus, III de Occidentali imperio, IIII de antiquo iure ciuium Romanorum, V de Republi-  
ca Atheniensi, VI in sacram historiam Sulpitii Seueri, VII Notitia utraque Orientalis et Occi-  
dentalis imperii, cum Comment. Panciroli. Li-  
bros de Republ. Atheniensi collegit ex fragmen-  
tis Athenaei, Pollucis, Harpocratii, Stephani, ce-  
tera. Vid. P. I Nunnerii Vitae Aristotelis p. 59.  
Eius liber de Iure ciuili Rom. iuris publici studio-  
fis esto commendatissimus. Similiter libri de Re-  
gno Italiae. Libri XX sunt. Sigonius, Italus, Pon-  
tificis minister, eoque partium studiosus. Saepe  
tamen ob ueritatis euidentiam a uanitate dissen-  
tit. Similis ferme census Sabellicus et Blondus.  
Vbbo Emmius, Ap. p. 43. Ciceronis librum de Re-  
publica edidit, qui non Ciceronis, sed Sigonii, ut  
Sigonismum obseruauit Barthius, styli censor per-  
accuratus. Crediti sunt delitescere in monasterio Fuldensi, sed id post a militibus infestatum supe-  
riori bello, schedae direptae, ut Galli hoc proximo  
bello egerunt cum Archiu[m] Lotharingico. Nihilo  
melius accidit urbi Treuirensi, et Bibliothecae  
Heidelbergensi. Sigonius pleraque ex monacho

Pa-

Paduano annotauit, in libro de Regno Ital. Meibomius Operum hist. p. 368. Idem saepe nostrae nationi eiusque in Italia iuribus non est satis aequalis, p. 362.

*Fridericus Spanheimius* Dubia euangelica edidit, non ut ea solueret, sed ut his lectorem suspicium teneret. Aegidius Strauchius, Histor. eccles. MS., et si dubia eius nostris non uidentur tam ardua, ut solui non possint.

*Cyriacus Spangenbergius* Chronicon scripsit I sub titulo Mansfeldische Chronica, II sub titulo Saechsische Chronica, ubi Saxonum, Sueorum, Thuringorum, Misnensium, Venedorum, Slavorum, Cimbrorum et Cheruscorum Reges et Principes cum rebus gestis explicantur. Perducta usque ad A. 1510 LXXI, quae Saechsische Chronica 1585, f., prodiit in lucem Francofurti apud Sigismundum Feyerabend. In rebus Saxoniciis et Thuringicis luculenta subsidia habuit, monasteria, schedas ueteres, missalia, perlustravit, et nihil inexpertum omisit, quod ad historiam Saxoniam, Misnicam et Thuringicam, pertineret. Conf. Abraamus Hofmann de Natura et natuitate hominis. Eius notationes MSS. in Chronicon Anhaltinum E. Brotuffi sunt in mea manu. Fuitque is Brotuffius multis quoque instrumentis scribendae historiae praeditus, habuitque tabulas, schedas, chartas, antiquas multas et authenticas, sed doctrina et iudicio non perinde ualuit ac Spangenbergius, uir in patriae antiquitate summus, si-

con-

controversia Flaciana abstinuisse. C. Spangenberg  
uariis odiis appetitus est, ob deprecationes pro  
Magdeburgo, obsidione cincto, institutas. Vid.  
Chronicon Hennebergicum, quod Argentorati  
prodiit, 1599, f., p. 261. Ibidem memorabilis io-  
cuss, quando ignoratum seniorem Principem Hen-  
nebergicum allocutus est. II, ob controversiam  
Flacianam loco motus, atque e patria excedere  
coactus. Vir diligens, et Chronicis scribendis  
assiduus, emisit Chronicon Schauenburgicum,  
quod citat Meibomius in Chronicis Schauenbur-  
gensis, ab se edito. Querfurtense, in 4, Henneber-  
gicum, Argentor., in f. Saxonicum. Chronicon, quod  
inscribitur Mansfeldicum A. c. 10 LXXIX, insigni-  
uit Saechsische Chronica, et si res Caesarum et alias,  
temporum ratione coniunctas, simul complexus  
est, potiori tamen parte Saxonicas, quam Mans-  
feldicas, pertractauit. Comitatus Mansfeldicus o-  
lim fuit per amplius et potens, sed ab Ele<sup>t</sup>. Saxo-  
nibus concerptus et debilitatus. Sequestratio Mans-  
feldica celebre carmen est in historia recentio-  
rum temporum.

C. Spangenberg ist aus der kayserlichen reichstadt  
Northausen burtig. Vid. eiusdem Adelspiegel, T.  
II, p. 9, qui liber prodiit Schmalcaldiae, 1591, f.,  
uolum. II. Eiusdem Schaumburgische Chronica,  
Stadthagen, 1614, f., prodiit, et Chronicum eius  
Verdense post mortem Spangenbergii, Hamb., in f.,  
est editum cum figuris et imaginibus Episcopo-  
rum. Historiam quoque monasterii Mansfeldensis  
scripsit. Conf. Adelspiegel, T. II, p. 385.

H

Iaco-

*Jacobus Sirmondus.* Huius opera multa et lucu-  
lenta sunt, quae in fine Apollinaris ab eo editi  
notisque audi recensentur.

*Jacobus Spigelius A.C. c10 10 xxxv.* Guntheri  
Ligurinus, id est, de Rebus gestis Friderici I, a  
Jac. Spigelio notis illustratus, et dignus qui legatur.

*Ioannes Theodorus Sprengerus,* Consiliarius Saxo-  
nicus, immo, fuit apud Augustum, Ducem Saxon.  
Halensem.

*Statius Papinius.* Illum Giessae omnium aesti-  
mabat maxime Gr. Tulsnerus, ut ICTus, ita poeta  
elegans. Cuius gener Huldr. Eibenius, uir iuris  
publici scientissimus, et nuper Assessor Spirensis  
factus.

*Spizelius* in Suedia et Liuonia negat, reperiri  
atheos. At sciat, proceres illi satis addictos, ple-  
bem in superstitionem et magiam esse pronam.

*Thomas Stapletonus,* Anglus, Doctor et Profes-  
for Louaniensis uaria scripsit. Inter homiletica  
extat eius Promptuarium morale supra Euangelia  
dominicalia.

*Jacobus Strada,* antiquitatis et rei nummariae  
peritus uir, ignominiose a VVolfgango Lazio no-  
tatus, qui Latinae Graecaeque linguae inexpertis-  
sum nebulonem uocat, Comment. reipubl.  
Rom., p. 82.

*Petrus Suavis,* uero nomine, Paulus Sarpius Ser-  
vita. Beumannus, Diss. II de Regni insignibus.

*Daniel Stahlius,* Hammelburga-Francus. Vid. ad  
eum Carmen Bachmanni, Christophori Scheibleri  
audi-

auditor, vir in contemplationibus subtilis accuratusque, quo nihilo inferior fuit Sleuogtus,

*Ioannes Strauchius*, ICtus, historicus, antiquarius, polyhistor, egregius. Ius Canonicum eleganter illustravit, Ciuale solide enucleauit, Publicum etiam cum laude aggressus. A quo proximus est in eo genere Caspar Zieglerus. Eius Disputationes exotericae laudantur apud eundem, in Notitia imperii. Is primo Professor histor. Lipsiensis, deinde iuris apud Ienenses, tum Syndicus Brunsvicensis, factus est. Vbi ei non bene conuenit cum populo, intempestiuae ruditatis afflueto. Maximum odium conflatum, ob commercia cum VVolfenbutelensisibus Consiliariis habita, et literas eo saepe missas. Tandem reuocatus Ienam est, surrogatusque in Struuii, Vinarium acciti, locum. Vix acceperat uocationis literas, cum Helmstadium inuitaretur.

*Suidas*. Quantum ad Lexicon propriæ historiæ non est, adiecit tamen multa ad historiam pertinentia. Vid. Vossius de Scriptoribus Graecis, II, 26. Vixit, seculo XI, ut idem colligit.

*Laurentius Surini*, Fabularum consartinator apud Colonenses, monachus Carthusianus. Vbb. Emmii Refut. Ap. p. 53.

*Fridericus Sylburgius*, vir in Graeca doctrina incomparabilis, cuius Plutarchi editio est inter optimas. Is fuit VVetteranus Hassus. Vid. Bernardi Praetorii Schedia Saturnalia, p. 68.

*Thomas Aquinas.* Liber de Regimine Principum falso tribuitur Thomae. Allegat enim quaedam, quae XXV annis demum euenerunt ab excessu Thomae. Vossius de Mag. p. 43.

*Petrus Gregorius Tholosanus,* ICtus, sex et uiginti libros, doctrinae ciuilis plenissimos, scripsit de Republica. Primo Cadurci, inde Tholosae, postremo Pontemussi in Lotharingia, Professor.

*Thuanus*, uir moderatus et prudens, a Protestantibus non alienior, et si communionem Pontificiae ecclesiae non deseruit. Voetius, Disput. select. P. III, p. 784.

*Adamus Thraciger*, primo theologus Rostochiensis, deinde ICtus, et Duci Holsati Gottorpini Cancellarius, factus, uir patriae rerumque Holsatiae peritissimus, sed in capitulum Pleſuicenſe initioſſimus consultor Adolpho Duci, eoque a Dauidi Chytraeo notatus et ab Adamo Oleario. Vid. Diarium Europ., A. cīc 10 c LXXI, p. 267, sq.

*Tuuſe*, theologus Anglus, Io. Meſnero dixit, quid eſſet, quod ſibi album offerret, cum pater eius ita grauiter in Reformatos ineuctus fuifſer, existimans, Balthasarem fuiffe Ioannis parentem; quod etiſi hic docuit, non ita eſſe, ille tamen ſui ſimilis, librum ad pedes eius proiecit. Quod cum renuntiasſet Duraeo, cum quo in Angliam nauigauerat, promiſit, ſe effecturum, ut cum eo in gratiam rediret. Sed hunc iſ quoque recuſauit, ut Zieglero affirmauit.

Ioachi-

*Ioachimus Vadianus* primo fuit Lector, seu Professor, in Gymnasio Viennensi, deinde Consul S. Galli, uir, si quisquam alias, antiquitatis peritis simus.

*Henricus Valesius*, summus in Gallia uir atque polyhistor, Samueli Tennulio humani generis ornamentum dictus, qui eius consuetudine doctrinaque imbutus est, in Dedicat. Pythag.

Diodori Siculi Fragmenta edidit H. Valesius, citante Freinshemio de Praeced. p. 42.

*Laurentii Vallae* editio Veneta luculenta est, in 4. De Linguae Latinac Elegantia Parisiis, 1541, 4, Romae, 1475.

*Petrus Victorius* edidit Commentarios in IIX libros Aristotelis de optimo statu ciuitatis, Florentiae excusos, 1576, f. Eius Variae lectiones magnam laudem aestimationemque habent. Laudauit in primis Laeuinus Torrentius eas ad Suetonium, p. 520.

*Aurelius Victor.* Huius optima editio debetur Andreae Schotto. Augustorum scriptores edidit Isaacus Casaubonus, cuius diuina omnia uocat Scaliger in Notis ad Eusebium, p. 168. Casaubonus in Spartianum saepe allegat Goldastus de Regno Boiem., et in Iulium Capitolinum, Claudiu Salmasium.

*Arnoldus Vinnius.* Quid elegantius Commentario Academico et Forensi, quem ad Institutiones scripsit. In hoc plurimum debet subtilissimo

Bachouio, quanquam, quae is subobscure et perplexe saepe disputat, hic plane atque eleganter, et cum singulari scriptionis concinnitate differit, explicat atque commentatur. Cuius industriae in Pandeetas responderet VVissenbachius. Reinerus Bachouius ICTorum in Germania princeps. Vinnius Grotii fontibus et grauioris philosophiae latricibus etiam sua irrigat subinde.

*Virgilius.* Ex Virgilio pleraque deperdita sunt. Vid. Gronouius in Senecae Suasor. librum, p. 28. Nam Seneca et Tertullianus ex eo quaedam adducunt, quae in eius Operibus hodie non extant. Primus in Germanicum conuerit Doctor Murnerius, et A. c. 1515 xv Maximiliano I dicauit. In Virgilium extant Commentationes et paralipomena Germani Val. Guellii, P.P. Eiusdem Virgilii Appendix, cum Iosephi Scaligeri Commentariis et castigationibus, Antuerpiae, ex officina Chr. Plantini, archi-typographi regii, 1575, f. Virgilius, cum Nasimbaeni Nasimbaenii explanationibus, Basileae, 1577, f.

*Polydorus Vergilius,* Vrbinas, A. c. 1515 xx. De illo lepidum Epigramma composuit Ioannes Ouenus, poeta Britannus,

*Virgilii duo sunt, alter Maro, tu Polydore*

*Alter, tu mendax, ille poeta, fuit.*

Eius historia Anglicula merito ita notatur ab Oueno. Cum hoc coniungendus Alexander Sardus, Ferrariensis, qui scripsit de Rerum inuentoribus, quos omisit Polydorus Vergilius.

*Godo-*

*Godofredus Viterbiensis* scripsit Chronicon carmine et soluta oratione mixtum. Viguit sub Frederico I. Vid. autor Vitae, editioni Viterbiensi praefixa, item Heroldus, et alii.

*Ioannes Vorstius Scheffero*, et doctis uiris, aestimatus, diligenter euoluit scriptores optimos, et plurima collegit, bonitate ingenii fatus, etiam iudicauit et distinxit, Graeca ea omnia duntaxat esse, censuit, quae in Thesauro Henrici Stephanii inuenit, ut Hellenisticen stabiliret. Sed multa sunt passim, quae in isto Lexico frustra requiras. Igitur boni autores ipsi inspiciendi et legendi sunt, et dialecti atque idiotismi linguae accurate discendi. Eius notae in Valerium Maximum ab illustr. Henrico Frisio mihi sunt laudatae.

*Gerardus Ioannes Vossius*, Palatinus, fuit Armenianus, et Harmoniam suam fere composuit ex annotationibus Hugonis Grotii. Ante Vossum in Opere de Idololatria gentilium multa egit Geraldus. Vid. Voetius, Disput. select. P. III, p. 400.

Vossius, Professor scholarum illustrium, Lugduno-Batavae et Amstelodamensis inclitus, A. C. 10 CL, terris creptus, monumentis, quibus omne literarum genus insigniter illustravit eximius. Vid. Ioannis Moller Homonymoseopia, p. 729.

*Gerardus Vossius*, Borchionius Eburo, theologiae Doctor, Protonotarius Apostolicus et Praepositus Tongrensis, Operum Ephraemi Syri, Gregorii Thaumaturgi, aliorumque Patrum editor

industrius, Romae, ubi maximam uitae partem transegerat, A. 1510 c. 19, defunctus, et I. N. Erythraeo posthumo decoratus elogio. Vid. Pinathecam eius primam, num. 39. Conf. Molleris Homonymoscopia, p. 729.

*Raphael Volaterranus*, optimus Pontificiarum rerum autor. Vbbo Emmius in Apolog. ref., p. 41.

*Fulius Vrsinus*, antiquitatis Romanae acris et diligens indagator.

*Vrspergensis*, plene scribitur Conradus a Lichtenau. *Vrspergensis*, iudice Goldasto, *Vrspergensis*, cum rectius diceretur Schuarzahensis. Continuit enim solum Schuarzahense Chronicum, ut in uetusissimo Codice membranaceo scriptum reperit Goldastus. Vid. de Regno Boiem. II, 3, p. 122. A quo ex hac causa alibi dicitur anonymous Abbas Schuarzahensis, de Regno Boiem., p. 112.

Abbas uulgo dicitur.

*Michael VValtherus*, theologus, saepe pungitur a Thoma Reinesio in Epistolis ad Vossium. Plurima ex Drusio et Beza exscriptis. Langenbeckium ualde aduersarium habuit. De cetero uir grauis, pius et diligens scripturae sacrae interpres.

*Adrianus et Petrus, VVallenburchii*, fratres, Pontificios inter doctores eruditissimi, modelti et ingenii bonitate iudicioque Arminianum disputandi morem sat callide imitantur. Ioanni Musaeo ualde laudantur.

vv6.

*VVesenbecius*, Antuerpiae Matthiam et Petrum,  
*VVesenbechos*, dedit. Vid. Gerardus Mercator in  
*Descript. Brabant.* Hahnus ad *VVesenbecium* li-  
 ber ad studium iuris utilissimus, et dignus, qui in  
 omnium sit manu.

*VVitichindus*, Ottonis M. aequalis fuit. Vid.  
 Henr. Bangertus in *Helmodi, Chron. Slavorum*,  
 p. 18. *VVitichindus*, Corbeiensis monachus, scri-  
 ptorum omnium Saxoniorum fere antiquissimus.  
 Vid. Conringii *Annotata ad Lampadii librum*, de  
 Republ. Romano-Germanica, p. 183.

*Ioannes Iacobus VVissenbachius*, celebris ICTus, sed  
 apud Ioannem Strauchium, ICTum Ienensem,  
 male audit, ob violentam legum, ut uocat, de-  
 torsionem.

*Olaus VVormius.* Vid. p. 97.

*Xenophon* scripsit de *Institutione Cyri* libros  
 IIIX, de *Expeditione Cyri* libros VII, *Historiarum*  
*Graecarum* libros VII, *Orationem de Agesilao*,  
*Rege*, de *Republica Lacedaemonia et Atheniensi*,  
*Memorabilium* libros IIII, aut V, si coniungas li-  
 brum de *Administratione domestica*. Extat item  
*Conuiuum*, praeterea *Hiero*, seu, de *Regno*, *Ratio-*  
*nies redditum*, sed de prouentibus, de *Re equestris*,  
 de *Mag. equit.* de *Venatione*, et *Epistolas aliquot*,  
 editore Leunclauio.

*Wilhelmus Xylander A. c. 1513 LXX. Scripsit An-*  
 H 5 *nota.*

notationes in Sleidanum, de IIII Monarchiis. Post Xylandrum, Fr. Schaperum et MS. Strauchium, iam Professorem Gedanensem, laudo. Sed recitandum habeo, multos in Sleidani Epitome naeuos esse, et plurima *avisogorias* argumenta. Eius Commentarii sunt luculentii.

*Theodorus Zwingerus A. c. 1510 xxxvi.* Sunt, qui plagii reum agant. Certe enim non dubitauerim, eum saepe Andreae Tiraquelli messi falcam suam imminuisse. Vid. Conr. Disput. ad Instit., p. 62. Eum insuper notat Godofredus Prenzlarius, Introd. ad Colleg. de Copia uerb., p. 9, magno molimine opus conatum. Forte maius molimen, quam successus, fuit. Deformauit et deturpauit Zwingerum Beyerlingius, ibid., p. 9. Nempe, his praecessoribus nihil arduum successoribus fuit. Nihil desideres, quod illi docere non possint.

*Huldericus Zwinglius A. c. 1510 xxx.* Monstrum hoc edidit primum Tockenburgia prouincia, Glarea post presbyterum exceptit atque expulit, hinc sacra Deiparae eremus eum tenuit, post Tigurum, ubi summopere cultus, late sparrit doctrinam sectamque suam, coemitis Lutheri libris, ardenter factus, Heluetiorum ante Apostolus. Bucelin. Chron. Constant. A. c. 1513 et 1514, sqq.

CAPUT

## C A P V T V,

Tradens iudicia a C. S. Schurzfleischio, in praelectionibus olim ore prolata,  
ab auditoribus uero calamo excepta,  
fine ordine.

*G*eorgius Trapezuntius scripsit Commentarium in Rhetorica Aristotelis. Liber est elegantissimus, et qui fons eloquentiae dici possit, editus Argentorati, in f. Hic primus fuit, qui Aristotelem in Latinam conuertit linguam sec. XV, sed in extrema senectute omnium et Graecarum, et Latinarum, literarum oblitus fuisse, dicitur. Anton. Mancinellus quoque scripsit Commentarium in Rhetorica Aristotelis, qui editus est superiori seculo Lugduni, in 4. Commentarius est egregius, ex quo totum Ciceronis opus de Rhetorica praelclare et ex esse intelligi potest. Hermolaus et Daniel Barbarus Rhetorica Aristotelis terribilissimo stylo Ciceroniano expressit, in 8, Venetii excusa. Referente Thuano, tanti Aristotelem fecit Daniel Barbarus, minime barbarus, Patricius Venetus, et Patriarcha Aquileiensis, ut dicere de eo soleret, Nisi Christianus esset, se Aristotelis doctrinam per omnia et in omnibus amplexurum. C. Secundus Curiolibrum istidem scripsit egregium in Partitiones orationis Ciceronis, in 8. Fuit Professor in Academia Basiliensi, stylu Ciceronis fuit obseruantissimus. Orator non potest fieri, nisi quis a rhetore, cuius munus est, ut praecpta tradat et uiuam ostendat, quomodo quis orator evadere possit, praelcepta didicerit. Nam si praeter regulam aliter evenit, exemplum est quidem, sed non ad imitationem pertinet, quae causa est, quae ob rem Aristoteles nullum huius artis in republica

EXPOS-

expertem esse uelit. Exemplum Aeneae Syluii, qui uixit sec. X V, et sola bonitate ingenii et natura orator factus est, singulare est, cui opponimus uel unum in Graecia Demosthenem, qui, nisi naturam arte excoluisset, nunquam tantus orator euasisset. Idem est sentiendum de Philippo Cominaeo.

*Quintilianus* fuit natione Hispanus, uixit post Ciceronem sec. I a N. C., nobilitatem Romanam docuit eloquentiam, et usum monstrauit, quomodo Cicero sit imitandus. Rhetor erat, non orator, ita, ut non auderet in publicum prodire, uti etiam Thuanus, uir alioquin incomparabilis, Salmasius, Buchnerus, aliquique, nullum fere uerbum ex tempore Latine loqui potuerunt, uel saltē noluerunt. Ioannes Sturmius, uir summus, primus docuit Argentorati adhuc ante Erasmus, quomodo eloquentia sit docenda, atque a monachorum barbarie eam liberauit. Eo etiam in Saxonia nemo melius docuit imitari, eamque ob causam praeter ceteros commendandus.

*P. Bembus* solus Cicerone minor est inter recentiores, qui Longolium, Belgam, cum eius diligentiam uideret, Romae in bonis literis instituit. Sed tenendum, quod Longolius, ut iuuenis, cum iudicio, uti debuit, non semper imitatus sit Ciceronem, non quod industria ei tum defuerit, sed iudicium. Integras enim lineas et totas phrases inferuit Epistolis suis ex Cicerone. Ita imitandum est, ut non animaduertatur, aliquid ex scriptore decerpsum fuisse. Ne uideri quidem debet, quem sis, imitatus, apium exemplo, quoniam in fauis nulli flores, licet succus ex floribus sit desumptus. *H. Grotius* fateretur, nisi Longolius eum incendisset, mercator mansisset. Ita enim alicubi dicit, Magna decora Erasmi et Longolii obseruantur etc.

Latina

*Latina lingua post tempora Imperatoris, Adriani, non ita floruit, ut antehac, praecepue autem amisit hanc gloriam, cum in uiuis esse desineret Solinus, et nominatim in Capitolino, Lampridio, Spartiano, Vopisco, et his similibus scriptoribus, plurimum contaminata est, nunquam autem maiores sordes accepit, quam tempore Martiani Capellae, qui cum septem artes praelegeret in scholis, inficeret vocabulis pectrem ac nitidam illam eloquentiam polluit, et minimè laudabilis exempli imitationem prodidit. Hic Mart. Capella editus est et notis illustratus ab H. Grotio, iuene admodum, et barbarus quidem, sed propter scriptores medii aei consilendus est. Vocabula radicaliter, formaliter, etc., omnia sunt a Capella inuenta. Terminis, quos uocamus, philosophicis hodie in philosophia carere non possumus, et, ut quis alterum intelligat, retinenda sunt eiusmodi vocabula. Nam usus uelut tyrannus, uoce Ios. Scaligeri, ea inuexit, sed tamen ita loquendum, ut utrumque non ignoremus. Quae Solinus scripsit, non ineleganter scripsit, Iustinum ergo et Solinum, qui sec. II concludit, toleramus. Quicquid ab hoc seculo et ultra Solinum est, inficerum, ineptum, siue corruptae et ineptae Latinitatis, quod uulgo non obseruarunt uiri summi. Hinc C. Barthius, uir alioquin summus, et in antiquitate semper laudandus, minime laudem meretur, quando stylum adornat, phrases ex Capitolino, Lampridio, Vopisco, Pollione, confarcinavit. Et ferme criticis plerisque in usu est, ut scriptores istos medii aei imitentur, et ex iis Lexica conscribant. Quare multa sunt in Lexicis, quae non sunt Latina. Sic in Lexico, quod Faber et Buchnerus ediderunt, inuenies multa, quae non sunt bonae Latinitatis, e. c., gratitudo, puritas, etc. Sic vocabula medio usurpara aeuo. Nihil enim usitatius, pro ambone dicere, quia in Lexico explicatur, errabis, quando ad prosam transferes.*

feres. Nam Lexica edita sunt, non ut semper obser-  
uetur puritas, sed ut etiam uocabula medii aeu*i* in-  
notescerent. Iudicium ergo hic requiritur et histo-  
rici, et oratoris. Historicus haec scire, orator discer-  
nere, debet. Hoc tamen addo, quae in Thesauro,  
uel Lexico, Nizolii reperiuntur, illa ipsa sunt Latina,  
ratio, quia ipse Lexicon mere Ciceronianum edidit,  
imitatione Varronis. Noui quidem C. Barthium ma-  
xime in eos inuehere, qui Nizolio utuntur. O, inquit  
in Dissertat. de Imitatione styli, *Ad Nizolium suum ac-  
currunt etc.* Sed urinam Barthius in scriptis suis Ci-  
ceronem semper imitatus esset, nec ex ingenio stylum  
composuisset. Fatendum quidem, quod ex Nizolio  
nemo oratoriam disset, aut orator euadet, habemus  
tamen in eo indicem probum uocum Ciceroniarum,  
ut quis eius beneficio in cognitionem styli Ciceronia-  
ni peruenire facile possit. C. Iulius Solinus librum  
reliquit ex uariis scriptoribus, quem primo edens,  
Collectanea rerum memorabilium, recognitum uero  
et emendatum, Polyhistora, inscripsit, in quo mutua-  
tus plurima a Plinio est, cuius et simia ea de causa  
dictus fuit. Qua gente, et quando fuerit, non satis  
constat. Aegyptum fuisse, coniecturae quaedam as-  
sunt, sed parum firmae. Stylus affectatus, peregrini-  
num et non Romanum fuisse, satis uidetur arguere,  
ac miror, inuentos fuisse, qui Plinianae maiestati pro-  
pius accessisse, existimauerint. Scaliger in Animaduer-  
sionibus Plinianis leuisimum scriptorem appellauit ob-  
futilitatem iudicii, quo in concinnanda farragine sua  
usus est. Scriptis et Ponticum, seu de Ponto, car-  
men, sed de quo pauci tantum uersus supersunt. Vid.  
Salmasii Prolegomena in Solinum, et Vossius de Hi-  
stor. Latinis III.

*Scriptores* uocantur *historicci minores*, partim, quia  
non tam prudentes fuerunt prioribus, partim ob stylum,  
qui non est cultus. Nihilo minus in his pluri-  
mum

mum eruditionis, praesertim in antiquitate, reperies. Hinc H. Grotius eruditionem in antiquitatibus hausit. Inseruiunt hi etiam libri maxime iis, qui studium iuris tractant.

Petrus Victorius primus fuit, qui post G. Trapezuntium in Aristotelem scripsit, et cui debemus, quod Saxoniam nostra exculta sit, in primis inferior. Nam Ioannes Caselius, postquam Rostochii fuerat, in Italiam profectus est, et hunc ducem studiorum accepit, atque ex Italia redux, literas cultas et eruditionem omnem in Saxoniam inferiorem adduxit. Hic Caselius Gallis, qui exteros alioquin non usque adeo aestimant, doctor humanitatis Germanorum audit, eumque uirum summum Galli pariter, et Itali, fideliter exscribunt, nulla mentione facta Caselii. Et fatendum, superiori seculo, mortuo Melanchthon, hoc in doctrinae genere nemo ipsi par fuit et maior uir. Buchnerus ipse non fuisse Buchnerus, nisi Caselium imitatus fuisse. Docuit is primum Rostochii, post Helmstadii. Sapientes credunt, Calixtum, qui eius fuit discipulus, quiue in hoc studii genere excelluit, artem scribendi a Caselio didicisse. Caselius dicere solitus est, Orationem Ciceronis pro Muraena esse lepidissimam, et recte quidem. Nam ex instituto non est sublimis, multaque continent facetias.

Rudolphus Agricola docuit, quemadmodum philosophia nitide explicari, atque sermone cultiori describi, possit, quod nuper in philosophia morum congruentissime imitatus est Daniel Heinsius, et ante eum in Italia P. Victorius, magni Caselii paeceptor.

*Imitatio*, ut non tam ex metro et carmine, quam oratione prosa ac sermone pedestri, aestimetur, omni cura atque industria prouidendum est, quandoquidem multa sunt, quae poetae sibi sumunt, quae oratoribus

non

non conueniunt, nec licent, e. c., non recte dicitur, animum induxi meum, quanquam ita dixit comicus, licentia, seu adiectione poetica. Cicero enim, et, qui scripserunt oratione prosa, omnes dicunt sine adiectione, inducere animum, uel inducere in animum. Leue hoc uideri poterat, tamen oratori obseruandum est. Nam poetae ut expleant uersum, solent aliquam adiicere uocem. Apud Ciceronem, Liuum, non legitur, animum induxit suum. In communi et uulgari loquendi modo hoc non potest obseruari, sed, quando quis scribit pure, et uult plenam epistolam conscribere, debet his abstinere. Ego inter poetas, qui imitandi essent, Horatium et Terentium summo loco pono. Nam Virgilius, licet in carmine heroico princeps sit, et tanti Romae aestimatus, ut, cum aliquando in iudicium, uel curiam, uenisset, assurrexerint senatores, illum tamen non prorsus aequi imitari licet, ac Terentium et Horatium. Magnus Scaliger Horatium memoriter tenuit, qui etiam in Epistolis suis saepissime eum adhibuit, sed cum iudicio. Lipsius ita in numerato habuit Terentium, ut memoria eum teneret. Buchnerus etiam frequentissime imitatus poetas fuit, sed cum iudicio orationis prosae. Deinceps cogitandum est, imitantem habere debere causam et idoneam rationem imitandi, ne temere et praeter linguae consuetudinem distinctiones componantur. Talem in modum recte notatus est Famianus Strada, egregius alias scriptor, et Romae Professor, cum dicit, *integumento corporis se euoluere*, pro eo, quod dicitur, mori, siquidem non est affectus uim Ciceronianae compositionis, cum libro II de Oratore scriptum est, *euolutum integumentis dissimulationis*, id est, *sine dissimulatione aliquid dicere*, aut extra dissimulationem positus est. Ego primo intuitu habui hanc phrasin, ut idem importaret, ac *denudationem corporis*, cum autem inspicarem contextum, describere uult mortem. In hoc

hoc genere non semel peccauit Albertus de Albertis in Thesáuro sacrae et profanae eloquentiae, in 12, quo nemo magis suadet, Ciceronem esse imitandum, et tamen nemo imitatus est minus, atque ipse. Hic Alb. de Albertis fuit e societate Iesu, atque liber ipsius non quidem est redarguendus et culpandus, sed putidas quasdam præter imitationem confarcinavit formulæ, e. c., pro eo, apponam tibi, dicit, *ego rationum mearum catapultam in te euibrabo, et in bumeros tuos conticiam.* Ideo siue de ipso non nemo tulit iudicium, *Bonus praeceptor, malus praticus.*

*Ioannem Freinsheimum*, memini, in quadam Oratione maxime inuehi in philosophos. Eos enīa reprehendit, qui adhibent uocabula, *prodigia, monstra, abstractio*, (si enim latine reddi deberet, dicendum, *animus, uel cogitatione unimi, secernere*) *ens, existentia, substantia*. Verum haec in philosophia necessario admittenda sunt, si quidem fieri non potest, ut omnia describere queamus, si his destituamur, in oratione tamen ciuii nitidissime loquendum est. *Ens* Latine aliter reddi non potest, *quam illud, quod est.* Hinc Seneca in epistola aliqua miratur, tam inopem esse linguam Latinam, ut ens una uoce exprimere et reddere Latine non possit. Magno sane iudicio opus est in his exprimendis.

*Officia Ciceronis* liber est sanc aureus, ac, consente Berneggero Orat. decad. X, opus incomparabile, quod nemo explicabit, nisi qui Graecam philosophiam exacte nouerit. Male igitur in scholis pueris proponitur, sed propter res et dispositiones uirtutum insignes, et momenta rerum etiam, immo, ob elegantissimum stylum philosophicum, quotidie studioſo assidue legendus. Hinc H. Grotius librum hunc magni aestimauit.

*Ioannes Thomas Freigius* praeclare monuit in *Oratione de Scriptis Ciceronis*, p. 464, Ciceronem non uerbis modo, aut orationis superficie, sed etiam in rebus atque sententiis, et ingenii quoque ac consilii similitudine, imitandum esse, quod usu probarunt excellentes uiri, atque hac imitatione magnam laudem adepti sunt Bembus et Sadoletus, Naugerius, Cortesius, Riccius, Bonamicus, Victorius, Aldus. Nam Longolium in imitando nimium fuisse, putant. Coelius autem Calcagninus reprehenditur, propterea, quod in iis, quae non intellexerit, Ciceronem notasset, atque praeter meritum summum eloquentiae parentem castigasset, atque redarguisset. Vid. Ant. Maioragius, Professor Mediolanensis, *Orat. XVI*, et *Praefat. XIII*, ubi ipse inuehitur in Calcagninum, et dicit, eum meliorem fuisse poetam, quam oratorem. Bonus enim fuit poeta, sed in styli imitatione ineptus. Hinc uidemus, raro excellere aliquem, et in poeti, et in eloquentia, quae studia alias non raro solent coniungi.

*Marcus Zuerius Boxhornius*, uir sane egregius, eius ramen Epistolae nimis quandoque ex triuio quasi petitae sunt, et crude admodum scriptae. Orationes vero eius non displicet mihi ullo modo, easque plurimi aestimo. Buchnerus in eloquentia paria faciebat cum eo, immo, ipsum etiam superabat, in historia vero et prudentia rerum ciuilium uincebat hic Buchnerum.

*Christophorus Forstnerus* fuit natione Austrius, et ab initio tenui re ac fortuna diffici. Nam ei in iuventute res admodum angusta domi fuit. Primum peruenit Venetas, commendatus proceribus, postea Barauiam profectus, ubi in honorem Ducis Veneti orationem habuit, qua Venetiis ita se commendauit, ut ad publica munera accenseretur. Abhinc, cum fama eius in dies cresceret, in aulam Mompelgartensem uocatus

uocatus est, ubi talem se praestitit, ut apud Italos, Gallos, Suedos atque Germanos, magnam nominis gloriam consequeretur. Edidit Epistolas ciuiles, ut H. Grotius. Huius Grotii, Reginae regnique Suec. Consiliarii, et apud Regem christianissimum Legati, etc., Epistolae, quorquot reperiri potuerunt, in quibus praeter haec tenus editas, plurimae theologici, iuridici, philologici et politici, argumenti occurrunt, prodierunt Amstelodami, 1687, f.

*Ioannes Sinoldus Schuzius*, Professor Giessensis et Legatus Hasso-Darmstadiensis Principis, eloquentia sua Ferdinandum III, Imperatorem, permouit adeo, ut ad Principes conuersus, quaereret, quis ille? et, responso accepto, diceret, den mann muss ich haben, atque paullo post Viennam a Caesare est uocatus.

*Ciceronis Partitiones rhetoricae* egregius et aurous est liber, quem Coelius Secundus, uir longe doctissimus, et qui apud Italos magnam adeptus est laudem, Commentario illustrauit eruditissimo, quem librum memoriae mandandum cuius non dissuaserim. Alias Cicero ferme omnibus in paginis huius libri ad Aristotelem digitum intendit. Cuius Rhetoricam idem Cicero memoria tenuisse uidetur.

Ex *Lexicis* linguam Latinam nemo addiscere potest. Tria sunt notanda, I an uocabulum purum extet Latinum, si non hoc, II an detur simile, si neque hoc, an III possit desumi ex Graeca lingua. Sic uocabulum *bombarda* non extat apud Latinos scriptores, datur tamen simile, nempe *tormentum maius, minus, aeneum, campestre, manuarium, militare*. Italus quidem alicubi dicit, *bombardauit urbem, er bat die stadt beschossen*, pro, tormento uerberauit, uel tormentis aeneis uerberauit urbem, siue pulsauit muros tormentis, quem ad modum arietibus uerberare urbem, muros, dicebant olim

Romani. Non dico etiam, *mosquetam*, sed *sclopem*,  
 siue *sclopum maiorem*, ut Strada uocat. Pro *caretha*  
 dico *rhedam*, seu *quadrigas*, sic *quadrigis uehi elegan-*  
*tissime dicitur*, *bigis uehi*, pro *galera*, *trireme*, pro  
*approcha*, *appropinquationem operum*, pro *retrenchemen-*  
*to*, *aggerem castrensem*, pro *admiralio*, *praetorem naua-*  
*lem*, pro *admiralia nauie*, *praetorianam nauem*. Sic dicere  
*coneris*, Imperatorem apprehendisse Pontificis *stapam*,  
 seu *stapedam*, Latine circumscribes, *Imperator instru-*  
*mentum*, quo *Pontifex equitans pedes suos sustinebat*,  
*apprehendit*; aut *Imperator Pontificis adminiculum pedis*,  
 siue, quo *pedes sustinentur*, *apprehendit*, *steigbugel*. Ro-  
 mani enim tale instrumentum non habuerunt, hinc  
 periphrasi opus est. Conf. Buchnerus de Commutata  
 dicendi ratione, p. 167. Pro *essentia rectissime dicitur*  
*natura*. Cicero enim alicubi dicit, *hanc esse Dei natu-*  
*ram*, ut nullis locorum spatiis circumscribatur, nulla re  
 finiatur. Cicero cum *impossibile* Latine reddere non  
 posset, uocabulum Graecum, *αδιντον*, adhibuit.

*Iulius Caesar*, σύγχρονος Ciceronis et aemulus, Com-  
 mentarios stylo lenissimo pariter, ac elegantissimo,  
 scripsit, quem Ioannes Sleidanus, Germaniae decus,  
 singulari dexteritate imitatus est leni et plano scri-  
 bendi genere, quemque ideo non dubitem Caesarem  
 Germanicum appellare.

Plinius Polonicus liber est egregius, in quo Panegy-  
 rici non ex uulgata uersione, sed ex fontibus Cicero-  
 nis, emanantes, occurruant, in primis uero in dicendi  
 breuitate et acuminibus excellit liber ille. Omnia  
 maxime ineptiunt illi, qui eloquentiam affectantes et  
 caprantes Batauam, Iunium, Lansium, commendant,  
 atque, missa Ciceroniana, ad Epistolas Crucii, Neuhusii,  
 Angli Politiani, configunt. Illae enim plane ineptiis  
 scatent, huius uero euolui possunt ab iis, qui iam in  
 stylo confirmati, die schon geuueget im schreiben.  
 Adhibentur ergo Epistolae Politiani utilissime ad iu-  
 dicium

dicium criticum et rerum cognitionem, sed non ad imitationem styli, quia I est *αὐτοδίδακτος* in stylo, quod uel ipsa *αὐτοψία* primae epistolae docet, II deſtituitur iudicio historicō, eo, quod iudicium Sidonii Apollinaris, scriptoris ſeculi V, quo inficera fuit Latinitas, p̄aferat iudicio Caſaris de Cicerone, et laudet illum, cum dixerit, Plinium in Epistolis Ciceroni eſſe p̄aferendum. Plinii stylus ornatus quidem et uariis acuminibus deſcriptus eſt, ſed tamen non ita ad omne dicendi genus aptus, quam stylus Ciceronis, qui omnes eas uirtutes complexus eſt, quae stylo propriae ſunt, ut Caſar, licet aemulationem Ciceronis in dicendo ueritus antea fuerat, de ipſo dixerit, non tantum de patria, ſed nomine Romano, meritum fuiffe. Quod tributum a Caſare testimonium tanti apud nos eſt ponderis, ut Sidonii Apollinaris, Pliniū omnibus antepoentis, iudicium non morem ur. Nam is neque eſt in dicendo optimus, et iudex adeo huius rei eſſe non potuit. Hoc tamen non abnuo, in historia ecclieſtaſtica ualde bonum eſſe Sidonium, in primis ex editione Sirmondi. Casauboni Epistolae non ad styli imitationem, ſed ad rerum cognitionem, ſunt legenda. Reinesii, ſumini alioqui uiri, et in antiquitate incomparabilis, stylus non eſt aequalis. Nam mox deſumit uoces ex Varrone, mox ex A. Gellio, mox ex alio ueteri, ut adeo minime aequali dicendi genere incedere poſſit. Abesse etiam debet Symmachī stylus, quippe aequali trāctu non profluit, neque Buchnero unquam placuit. Vixit ſeculo IIII, ubi plane deſitum eſt Latine loqui, ut meo iudicio aſini ſint, qui hunc imitandum ſuadent. Symmachus enim propter res et notitiam antiquitatis eſt legendus, non propter ſtylum formandum. Illi etiam impingunt, qui Barc̄laium in epifolarum ſcribendi genere ſectantur, I, quia Barc̄laus non tenui dicendi genere eſt uetus, II ſcribit poetice, et affectatus eſt poeta, et

totus scatet formulis ascitis. A politico legi potest,  
sed ob stylum legendus non est, neque in eo imitan-  
dus, sed plane ab eo quis abesse debet. Quos ego  
noui Barclaii imitatores, etiam in republica constitu-  
tos, nunquam aequabili stylo afluxere potuerunt.  
Nihil tam ineptum profecto ad stylum est, quam eius  
Satyricon Euphorionis, seu Icon animorum, siue  
a me commendaretur, me expertem esse rationis oport-  
eret, sed propter politica tamen, et ad iudicium re-  
rum publicarum, legendus. III, quia Barclaius non  
seruat eundem dicendi tenorem, iam sublimi, iam te-  
nui dicendi genere, utitur. Hinc Opitus, Germaniae  
Virgilius, quando eum uertit, hallucinatus est, quod  
non semper accurate expresserit Argenidem. Es ist  
poetisch deutsch.

Hermogenes fuit rhetor Graecus, Tarsi docuit iu-  
uentutem eloquentiam, et, cum ubique celebraretur,  
multi studiosi ad eum ex Italia uenerunt. Nam An-  
tonius, rhetor, (non tamen ille triumvir, in quem  
Cicero scripsit Orationes inuestigias) nobilis, siue e-  
ques Romanus, Roma profectus, Tarsum ad Hermo-  
genem se contulit, famae eius magnitudine excitatus,  
eumque diligenter audiuimus, tanta quidem industria,  
ut dicerent, ipsum Hermogenis uere germanum di-  
scipulum fuisse. Eloquentia igitur hac comparata, se  
Romam contulit, ibique orationes saepe pro rostris  
habuit, ac librum aliquem praceptorum rhetororum  
composuit, quem Cicero magis magisque expoliuit,  
seu explicauit illustrauitque, et ad usum publicum  
accommodauit. Huius Antonii quoque labore usus  
est Cicero in Partitionibus Orat., ut adeo mirum non  
sit, cum Cicerone aureum illud seculum Romanae  
eloquentiae coepisse, quippe qui I Graecam et Latinam  
eloquentiam coniunxit, et sic optima quaque ex  
Graecis, et Latinis, aliisque Scriptoribus excellentibus,  
in suum usum transtulit, II, quia Platonem, Aristot-  
elem,

telem, uelut in succum et fanguinem conuertit, III Athenis hisce studiis operam nauauit, IIII, quoniam hunc Antonium, Hermogenis alumnum, familiarem habuit, et eius Rheticam magis magisque excoluit, V, quia Cicero in omnibus dicendi generibus, in tenui, medio, sublimi, excelluit. E. c., in genere sublimi scriptis Orationem pro Milone, M. Marcello, etc., mediocri eam post redditum, etc., tenui epistolas oxarauit, ita, ut semper indicaret, in quo genere uersaretur. Aliud enim genus dicendi orationes postulant, aliud epistolae, haec quasi sine cura sunt scribendae, illae autem, praesertim panegyricae, more Asiatico componuntur. In quibus mirus artifex fuit, ac magnum nomen consecutus est noster Buchnerus, quem solum panegyricos scribere posse, dixit Daniel Heinlius, summus apud Belgas orator. Polonis quibusdam Buchnerus bonus vocatur Grammaticus, quod tumores Polonicos non sit sectatus, nec ita affectato scribendi genere usus. Polonus, fateor, si recte edificantur atque instituuntur, in oratoria excellere, e. c., Orichouius, qui elegantissimam orationem habuit in laudem Sigismundi, quae genere mediocri conscripsa est. Hunc igitur unum inter Polonus magni aestimo. Der Jesuiten Latein ist nollbruder, bachanten, Latein, quanquam nonnulli excipiendi. Ut autem Poloni in affectando excedunt, ita Hispani deficiunt. Hi enim plane sunt inepti ad studia humaniora, unde magnum risum excitauit Mendoza, Legatus Regis Hispaniae, cum in aula Parisiensi perorans, Syllogismum ab utili, necessario, etc., nesteret. Idem ferme Anglis etiam cuenit, quorum paucissimi sunt, qui stylo Latino egregium quid praefiterunt, in lingua tamen uernacula sublimi genere dicendi maxime excellunt, et in primis affectus mouere possunt, ut adeo quis in studio homiletico magnos profectus ex ipsorum scriptis facere possit, praesertim si ipsorum linguae sit gnarus.

*Dionysius Longinus* de sublimi dicendi genere inter Graecos ex instituto scriptis, cuius liber prorsus egregius Venetiis, in 4, Graece et Latine excusus, quae editio Aldina insignis, ac certe unicuius liber hic utilis, cum primis uero oratori ecclesiastico. Maxime autem placet mihi iudicium illius hominis ethnici de stylo Mosis, quem maiestatis plenum esse, dixit. Quis uero credidisset, Mosen in textu non authenticō, sed Graeco, a Graeco philosopho gentili hoc iudicio notatum. Hic monet in componenda oratione naturam esse exprimendam, ut natura ipsa esse videatur. Verum natura ira constituenda est imitandi regula, ue scriptores optimi, qui natura atque oratione ualuerunt, ne omittantur. Nam, qui tantum in natura manendum, censent, ut agud ueteres Curio, et recentiores Politianus, eos longe fallit opinio, neque laudem perfectae atque expolitae orationis confequantur, quoniam lubricum est, quod tantum natura duce agitur, et ad comparandam imitandi et scribendi gloriā non sufficit. Vid. Riccius de Imitatione, libro I.

*A. Politianus* dicere solitus est, Sequere naturam. Nam et ego id feci. Quod nisi Politianus dixisset, uir alioquin magnae eruditionis et lectionis, et, qui Buchneri iudicio dulcissima et purissima oratione Latina reddidit, et ita quidem, ut fere etiam, consente Boeclero, eum superauerit, asinum id dixisse, dicerem. Sed quomodo id natura assēcutus *A. Politianus?* ita sane, ut eius stylus nullibi sit aequalis. Profecto, qui tantum naturam sequitur, nunquam laudem in hoc studio adipiscetur, quia natura lubrica est, et ubique praeceptis indiget. Interim enitendum, et nemo debet tantum sequi naturam suam. Ea enim minime sufficit, sed subinde exercitatione excolenda, atque gnari huius studii praeceptoris manuductione opus est.

Caesar,

*Caesar*, qui in tenui ac dilucido genere scribendi prorsus excelluit, purus, dulcis, planus, sincerus, scriptor fuit, sed plenam illam ac sublimem dicendi dignitatem non adeptus est, quod ipsum mouit, ut, neglecto foro, in quo sublime genus tunc apud oratores ualuit, animum ad belli artes conuerteret, et folus Hortensius iam uideri posset, qui Ciceroni palmarum dubiam faceret, quanquam hoc genere esset longe infra Ciceronem, et uoce atque gestu saltem emineret. Vid. Quintilianus, XI, 3, et Cicero in Brutto, c. 66.

*Salustius* quidem elegantissimus est scriptor, et in stylo Laconico prorsus incomparabilis, sed minime purus dicendus, siquidem quasdam formulas, apud Varronem et ante hunc usitatas adhibet. Atqui uero nobis regula est, formulas, ante Ciceronem et Varro-  
nem usitatas, esse negligendas.

*Graeci* frequentius plenum dicendi genus rebus uilibus et abiectis accommodarunt, et saepe operam perdidunt, quod ex nouis scriptoribus dum imitati quidam sunt, fecisse putandi sunt exemplo Graecorum. Quae enim utilitas est, uires experiri in luto, scarabaeo, culice, et rebus similibus, magnifice laudandis? Talia certe separatim dicendi genus habent, et contenta sunt doceri ac tradi ea forma, quae uerbis dilucidis ac planis constat, si tamen exercitationi aliquid tribuendum est, in adolescente tolerari, in uiro reprehendi, merito deberet. Hinc Cicero scriptores praeponit Graecis. Vid. Riccius d. l. p. 396.

*Graeci* non fuerunt in hoc genere dicendi hospites, sed, ut dixi, in iis reprehenditur, quod saepius rebus uilioribus plenum genus accommodarint. Cum enim Comoediis ut plurimum delectarentur, factum est, ut saepe Dauum aliquem, uel alium quendam histriionem,

magnifica oratione collaudarent, et quasi Regem extollerent ac celebrarent. Sic, si quis operam positurus in commendando luto, et aliquot hebdomadas consumeret, oleum certe et operam perderet. Oportet enim, ut non ad uiles, sed res dignas, orationes quis accommodet. Fuerunt tamen nihilo minus ex recentioribus, qui eos imitati sunt. Ita Anton. Majoragius praeclara Oratione et stylo egregio laudauit lulum, quae saepe melior est ea, quam de Stylo et bonis literis conscripsit. Sic, si tu cum Virgilio prosa oratione, stylo pleno, laudares culicem, sine dubio ridereris. Caspar. Dornauius scarabaeum, Heinlius pediculos, laudauit, licet non serio, sed ut luderet saltem. Huc et referendus D. Schuppius, quando dixit de Arte ditiscendi et de Nihilo, item de Opinionie Orationem habuit. Mathematicus quidam, cum auditoribus destitueretur, magnum et singulare quid se dicturum, magnamque rupem se sine labore de loco moturum esse, pollicitus est, cum itaque plurimi ad eum confluxissent, magno quasi impetu, admota rupi manu, dixit, Videtis, spectatores, uelle me, sed non posse, atque ita curiositatem egregie delusit. Verum in his et talibus argumentis semper uidendum, quo loco, et quibus sis moribus, quippe non cuius ingenio haec talia conuenient, et solent saepe cum periculo famae esse coniuncta. Sed uero Latini magis seria, et τὸ δίκον sicuti sunt. Ut enim Graeci in inueniendo sunt subtilissimi atque ingeniosissimi, ita Latini in amplificando ornandoque, et in rebus seriis excellunt. Si apud Graecos Xenophonem, Demosthenem et Lyssam, paucosque alios, excipiatis, reliqui in nūgis fere omnes uersantur. Contra Cicero in Orationibus suis seruat genus forense, ut uel accuset, uel defendat, pro rostris.

Villaregius fuit quinque Regum Galliae administer, uixit LXXV annos, prudentia et felicitate per totam uitam

vitam apud Regem Galliae perpetua atque eadem fuit, quod sane rarum admirandumque exemplum est politici. De eo passim apud Gallos legi potest, praesertim apud Grammondum. Thuanus ipse sine Villaregio non fuisset Thuanus. Extat etiam eius vita, cuius, ne nesciatis, inscriptio haec est, Minister status, siue considerationes politicae super vitam Nicolai Neouilli Villaregii, quinque Regum Christianissimorum Consiliarii et Ministri status primarii, scripta a Petro Matthaeo, Henrici IIII, Galliarum Regis, historico, nunc in Latinum sermonem traducta, Gedani, ed. 1656, 12. Si quis eum laudare uelleret, hoc modo fieri posset. Villaregius, uir animo uitaque innocens, et fide atque meritis sanctus, et prudentia dotibusque, erat inter Gallos maximus, de quo et saepe legi, quae excedunt humani ingenii fidem, et audiui, quae uix omni studio arque diligentia assequi sapientissimus quisque possit, qui autoritatem atque ornamenta sua sanctissime custodivit, remque publicam pene afflitam, arque bellis exhaustam, uirtute et consilii felicitate sustentauit, quod qui dissimulant, erga pietatem eius ingrati, qui negant, cum sciunt, quod apud omnes apertissimum est, rudes atque rerum publice gestarum ignari merito habentur.

*Cassiodorum* solent Ciceronem inter scriptores ecclesiasticos uocare, propter maiestatem commendandus, et sane summae curae est habendus studioso homileticæ. Hic Cassiodorus primum fuit Praefectus aulae, ein Hofmarschal, uir ingenio et eloquentia seculo VI summus, euocatus a Rege Ostro-Gothorum, qui hoc seculo Italiam sibi subiecerant, ad Comitis dignitatem, et legationes plurimas summa cum laude obiit. Postea laborum pertaesus, mutauit uitae statum politicum cum monastico, ac reliquum aetatis spatium religione et bonis literis transegit. Scriptis de Anima, Angelis, Amore diuino, de Orthographia, Grammaticis distinctionibus,

tionibus, etc., item ueteres Epistolas Regum Ostro-Gothorum ad Imperatores Constantinopolitanos, quas memoria prope tenuit Goldastus. VVenn uuir den mann nicht gehabt haetten, uwas uuusten uuir uon seculi VI, seu medii, antiquitate.

In *Orationes Ciceronis pro Milone, M. Marcello, Ligurio*, etc., eruditissime commentatus est Matthias Dresserus, Professor quondam Lipsiensis, in primis in explicandis formulis iuridicis egregiam praestitit operam, et phrases forenses, apud Romanos usitatas egregie explicauit. Maxime uero commendo *Orationes Ciceronis*, superiori seculo Basileae, in forma maioris ordinis, editas, quae omnium sunt accuratissimae, sed et rarissimae, ut dubitem, an hic locorum reperiantur.

*Terentium* si quis legit, is in eo obseruet I, Latinatem, id est, formulas elegantissimas, ut sunt, actum agere, si id quidem negotii mihi datum est, etc. II πρέπον, sive decorum, ut attendat, quis loquatur, Dauusne, an Oedipus, num haec persona, an illa, ubi loquatur, quid, quomodo, quando, et ad quos, loquatūr, ut si illam Latinitatem applicare uellet, eam cum iudicio personae, materiae, finis, temporis, loci, publice, an priuatim, loquendum sit, accommodet. Latinitas enim exigit, ut nihil loquamur praeter usum honorum scriptorum, decorum, ut figure ne fumantr ex genere dicendi poetico, neue tumor fiat. Sic mitescere profae conuenientius, quam mansuescere, quanquam in compositione sublimi interdum probantur, ut pro caput rei, mucro defensionis apud Ciceronem legitur. Hic enim in foro Romano Oligarchico cum aduocatis in arguento sublimi libere loquebatur, quod si Secretarius quispiam, ad Principem loquens, imitari uellet, irrideretur. Is ergo dicit, caput causae, momentum rei est. Sic idem Cicero elatum animum pro magno et grandi etiam dixit, propter

propter grande dictionis genus, non pro superbo et inflato, ac uitioso. Similiter iudicium in imitatione esse debet, ita, non statim licet dicere, ruinae dare, quia dicitur, nec dare. Hinc dico, III obseruari debere antiquitatem. Nam orator nullo modo fieri potest, qui non sit antiquitate instructus. E. c. ita Latine dico, paries facit uitium, uirid baufaelig, non uero facit ruinam. Si dicere uelis, Imperatorem ingressum esse Alsatiae circulum, den Elsässischen creys, uocem circuli non potes adhibere, si pure loqui uelis, si quidem vox illa historice in hoc sensu non capit, adeoque nec Latina esse potest, sed in sensu mathematico solum. Ex imitatione ueterum ergo dices, pagum Alsatiae intrasse Imperatorem, qua in parte etiam Lexica non semper sunt accurata, auct sufficiunt. Sic in nullo Lexico reperies uocem aliquam, quae huic respondeat, licet optimum sit. Sicut et Buchnerus in Fabro suo non sufficit, sed saepe fallitur. Nam phrases hae, mutuo da mihi librum, ipsi est, leibe mir das buch, quia, mutuo dare tum demum est adhibendum, si alia specie dem, licet eiusdem ualoris, commodo uero dare, locum habet, uenn ich idem indiuiduum gebe. Ita Germanorum est, es ist ueriahret. ICti exprimunt per praescribere, quod Latine dicitur usu capere. Suetonius enim dicit, libro V, possessio usu capta. Ita dicimus, longam temporis possessionem et usu capionem obuertere. Similiter quod nos dicimus, er guehre mits, ICti dicunt, evictionem praesta, et ut plurimum apud aduocatos in usu est, Latinis dicitur, autoritas, autoritatem praestare. Cicero enim dicit, usus et autoritas fundi est.

Sunt uero imitandi boni scriptores, hoc est, qui a Varrone inde scribere coeperunt, die gleich mit und nach dem Varrone angefangen zu schreiben, quem summum in republica Romana uirum uocabat Cicero, eumque

quamque omnem doctrinam, omnes artes ac sapientiam, animo tenuisse, dicebat, ita tamen, ut notemus, esse in eodem quoque Varrone, quae sint ex aeuo Latino ueteri non bono, e. c., *melatio*, das honichmachen, quod Latine dices, *uindemiam mellis*. Distinguendum est genus scribendi philosophicum et oratorium, atque epistolare. Sic adhibuit Cicero uocem exsuperantia, sed tamen in oratione, uel epistola, non imitandum. Ita stylus Sperlingii stylus elegans est in physica, non uero in epistolis, da taugt er nicht. Strada fallit, quando in Historia Belgica scribit, cura et methodus adhibita est in pecuniae partitione, sie haben geldrechnung gehabt, quae compositio uocum in stylo, sive disputatione philosophica, non uero in historia et eloquentia ciuili, tolerari potest. Cicero dixisset, curam et delectum adhibere, habere. Cicero alicubi dicit, nauigat belli impetus, quem imitaturus Saluianus, Presbyter Massiliensis, dicit, bellum nauigate. Errat autem uir alioquin egregius, aut saltuum Ciceronis non assecutus est. Cicero in grandi genere alio modo de Pompeio, uictore adhibuit, ad declarandam illam incredibilem celeritatem, qua Pompeius bellum felicissime confecit, non uero in re qualibet uili et tenui, quod Saluiano familiare per quam est, et ipse reprehendendus. Rhetorica ad Herennium uulgo Ciceroni tribuitur, sed proprie non est Ciceronis, sed eius germani discipuli, Cornificii, qui Ciceronem in succum et sanguinem uerterat, id quod eruditus probat Mancinellus in Comment. h. l. Hanc Rheticam Buchnero nostro familiarem fuisse, probat liber ipsius posthumus de Communitate dicendi ratione, quem uir doctissimus, Praetorius, gener eius, postea edidit.

Obseruandum, et maxime iudicio opus est, ut nulli epistolae ciuili inserantur Graeca, ne patronis publicis et grauioribus curis districtis crucem figamus et molestiam

molestiam creemus, man muss schreiben, nicht allein,  
dass man gelehrt ist, sondern auch wissen, dass man  
uerstaendig sey. E. c., si quis scriberet ad patronum,  
multis laboribus implicitum, idiomate quidem Latin-  
no, multis tamen uocabulis Hebraicis et Graecis im-  
mixtis, nonne reiiceret literas, iuxta illud, Qsi non  
uult intelligi, debet negligi. Hoc etiam in Orationi-  
bus notandum, si quidem Cicero nunquam, neque in  
Orationibus, neque in Epistolis suis, hoc fecit. Et si  
adhibuerit aliquando Graeca in epistolis, ex neces-  
itate id fecit, cum scilicet ipsa Latina uocabula defi-  
cerent. Excipiuntur autem hic disputationes, in qui-  
bus docendi causa non possumus Graecis terminis  
non uti. Distinguendum etiam inter epistolias ciuiles  
et criticas, quae in mere scholastico genere occupan-  
tur, et in his Graeca elegantissime miscentur, quales  
sunt Casauboni, Scaligeri, Reinesii, etc. Horum li-  
terae non ad Principes, uel patronos, sed ad literatos,  
perscriptae sunt, ut uel alias docerent, uel se ipsis  
inter se exercent, et tales literae, quoniam non  
tractant ciuale argumentum, diuersam habent ratio-  
nem, atque a communi literarum genere sunt sepa-  
ratae. Ita quoque distinguendum inter orationes  
ciuiles, seu, quae habentur ad Principem et coram  
senatu, populo, et inter eas, quae habentur ad stu-  
diosos, docendi gratia, item dissertationes, in illis  
Graeca si inseras, reprehensionem merito incurres, in  
his uero, e. c., si quis Baronium uellet refutare, et  
eloquentiae, et laudis, erit, ex Graecis seu fontibus,  
quaedam allegare. Graeca enim lingua omnium ma-  
xime in uita etiam ciuili est utilis et elegans, et qua-  
temere quis carere non potest. Hinc Boineburgius  
et illustriss. Henricus Friesius aetate iam prouectiori  
eam discere cooperunt. Videbant enim, esse in ea  
multum et elegantiae et utilitatis. Ceterum, quod  
H. Grotius linguae Graece peritissimus fuerit, nemo,

ut

ut opinor, facile ignorabit. Manet ergo linguae Graecae sua laus, modo in epistolis et orationibus cuiilibus non inferantur Graeca, quod fecit Michael Boiemus in Historia sua, quam edidit, in quam multa Graeca ex Homero Pindaroque infercit, et familiare hodie nostris perquam est, quod Massenius fieri a nobis dicit ex ignorantia linguae. Vid. Palaestra stylis, ubi haereticos (quo nomine nos et Reformatos pungit) in partem laudis ponere, inquit, si misceant ceteras linguis, et exinde colligit, illos ignorare indo-lem linguae Latinae. Caveamus igitur, ne talibus calumniis occasio in posterum suppeditetur. Cum ego Giessae, primo anno academico, praeside Iacobo Lebbeo ex Graecis disputarem, autor mihi erat Dietericus, ut illustriss. Didio, Ministro in aula Hassio-Darmstadiana summo, Disputationem inscriberem. Quam cum Dietericus, ut et Tackius, praecæptores mei, uiderent, probabant quidem studium, sed Graeca ut delerem, moinebant. Quibus correctis, summo Didio ita placuit mea inscriptio, ut me, praeter ullam spem atque expectationem, responso sua manu dignaretur, quas ego literas magni facio, in quibus me acuebat ad studia continuanda.

Genus tenue, quod epistolam scribentibus in primis curae est, et condentibus historiam utile ac conueniens habetur, extat in Epistolis Ciceronis, quas ad uxorem, et magis familiares, et plurimum occupatos, perscripsit, et cum docere uoluit, in quo genere post Ciceronem excelluit Fabius, qui in rebus tritis etiam loquuntur non trita, obseruando in primis historicis exemplo, qui alioqui hoc genere delectantur. Sic Appius Claudiū apud Liuium, Si unquam dubitatum est, Quirites, utrum Tribuni plēbis nostra, an sua causa, seditionum semper autores fuerint, id hoc anno desisse dubitari, certum habeō. Ego in tenui generis, quamlibet ad diuersum argumentum pertinet, ita sum

sum imitaturus. Si unquam dubitavi, Academic iu-  
uenes, utrum historiam Germanicam uniuerse, an  
eius partem, explicare pro his rostris expediat, in  
primis hoc tempore dubitasse me, fateor. Id uero  
cum saepe a me fieret, et scirem, esse praeter uestram  
expectationem, tandem dubitare desii, et, ne quid  
curam meam morari poscit, historiam Lotharingicam  
delegi, quam publice, nec uobis inuitis, preelege-  
rem. Ea enim iure quodam Germanorum contingit,  
et Belgicam recte sequitur, et Gallicam profecto illu-  
strat, eo maxime, quod nunc omnium sermones de  
Lotharingia audiantur.

Quod exordium artificio imitationis ac circa cri-  
men furti, siue plagi, est meum, licet hic aliquid Li-  
uianae formae conspiciatur. In genere hoc commu-  
niter omnes orationes philosophicae, et scripta ad do-  
cendum comparata, uersantur, etsi quandoque Cicero  
in iis dignitatem medii generis tueatur, et Liuius in  
scribenda historia ita saepe multumque exuberet, ut  
fines tenuis generis longe excedat, qua in parte  
Thuanus quoque Latinae ubertatis est aemulus, et  
in hoc studio plurimum potest polletque. Huc ui-  
deatur Oratio Guisii, quae optima mihi uidetur, apud  
Thuanum libro IX, p. m. 222.

Pro medio genere illustrando ex imitatione Cice-  
ronis hoc licet capiatis exemplum, quod reperitur in  
peroratione pro Milone, efficaci quidem ad mouen-  
dos affectus, sed formam dicendi medium pree se fe-  
rente. Vos oro atque obtestor, iudices, ut in suffra-  
gio mihi dando, quod existimabitis, id libere dicatis.  
Vestrum iudicium, sapientiam, aequitatem, ira mihi  
fidem habete, is praecipue collaudabit, qui in uitis  
discernendis maximum prudentissimumque disser-  
nit. Alter. Vos oro atque obsecro, iudices, ut in  
sententiis ferendis, quod sentietis, id audeatis. Ve-  
stram uirtutem, iustitiam, fidem, mihi credite, is  
K maxime

maxime probabit, qui in iudiciis legendis optimum, et sapientissimum, et fortissimum, quemque legit. Matthaeus Dresserus, p. 461, pro Milone, exemplum imitationis attulit in matrem, commonentem filium ad literas diligenter excolendas, et in formam tenuis generis conuertit, quod institutum non improbo, obseruo tamen, quasdam dictiones adhibuisse, quae non sunt ex usu Ciceroniano. Sic imitari liceat Ciceronem pro Marcello, dum ait, Diurni silentii, patres conscripti, quo eram his temporibus usus, non timore aliquo, sed partim dolore, partim uerecundia, finem hodiernus dies attulit, imitaberis, Longi silentii, quo me usque ad hoc tempus continui, non metu aliquo, sed partim modestia, partim reuerentia, finem hodierna hora attulit. Vel, Longum silentium, quo me a confessu uestro ei his rostris continui, patres conscripti, uobis graue forsan ac molestum accidit, id uero nunc mihi acerbum quoque est ac triste, quod haec dies, quae eius finem affert, initium lugendi mihi attrulisse uideatur. A Terentio non intcipiendum in addiscenda lingua Latina ob numerum quae situm, sive poeticum, sed ab eo, qui tenuerit genus habet, ut Cicero in epistolis quibusdam, Nepos et Caesar. Nam numerus comicus corrumpt stylum. Donatus, ciuis Romanus, hat über den Terentium aus der massen uwohl commentaret.

*D. Danbaueri* stylus est affectatus, poeticus atque eumidus, hinc non dicendum, ipsum in stylo exceliſſe.

*Sigismundus*, Imperator, in Concilio ad proceres et Cardinales dixit, hanc schismam tollite, quem admonuit Purpuratus, hoc schisma diceret, Imperator respondit, an nescis me Imperatorem, sed Cardinalis, non uero leges super Priscianum dare teneris. Summis in oratoria uiris saepe exciderunt uersus, sicut Cice-

Ciceroni, hic in Oratione pro Archia, c. I., In quo me non infitior mediocriter esse uersatum, ac Liuius a uersu auspiciatur historiam suam. Sic in Plini<sup>ū</sup> Panegyrico uersus integri habentur, immo, in N. T. uersus reperiuntur, ceu omnibus notum est, sed cauendum, quantum possumus, ne et mala in magnis uiris imitari uideamur. Sic et Buchnerus uersum aliquando fecit constantem septem pedibus, cum negotiis impeditus esset. Hoc uir summus Dresdae miratus, ad eundem perscripsit. Cauenda parentheses, et non, nisi summa necessitate, adhibendae. Obscurant enim orationem.

Cuius studio suadeo, ut id eligat studiorum genus, ad quod se maxime inclinare uidet, ut Aristoteles studium sapientiae amplexus est, cum Calisthenes historiae studium eligeret. Sic Cartesius studium eloquentiae primum excolere uoluit, sed, haerente in eo aqua, ad studium physices animum applicuit. Illi uiri, qui ex locis communibus stylum componunt, scribunt plerumque affectate, ut in Boeciero uidere est. Hinc praecepta, usus et memoria, requiruntur, quo stylus euadat aequalis. Lutheri lingua et pronuntiatio exilis fuisse dicitur, licet facies representet quid heroicum.

*Jacobus Matthiae*, non Christianus, qui est historicus postillatorius, (Eius enim Theatrum historicum, non tam historico, quam concionatori conductus) duos libros de literis scripsit, ubi agit I de literarum pronunciatione, II de abusu pronunciationis literarum, qui liber ut ualde necessarius commendatur, editus est Basileae superiori seculo. Es uuird schuerlich in denen buchladen zubekommen seyn. Der hunderte ueiis nicht, dass man muß auf die buchstaben reflectiren. Hulsemannus cum ad Colloquium Thoruniense se contulisset, et pronuntiaret Uladif-

laus, fangt ein Jesuit an, quid Vladislau? per V  
enim scribendum er pronuntiandum est Vladislau,  
non Uladislaus. Sic Vratislauia, non Uratislauia.  
Ideoque tantum in aditu, seu praeliminariis, per-  
sistierunt, (Nam patres Jesuitae in arenam descendere  
noluerunt) et ita Jesuita eum in pronuntiatione uo-  
luit corriger, cum in rebus non posset. Carolus  
M. quando locutus est cum Italis leniter, cum His-  
panis tarde, cum Germanis grauiter, aliud ergo uul-  
tum, aliam linguam, aliam pronuntiationem, erga  
diuersas gentes adhibuit.

Thuanus scribit stylo diffuso, ut multis foliis una  
periodo scribat, eamque ob causam plurimi cum  
accusant, quasi oblitus esset Syntaxeos periodorum.  
Hunc modum scribendi etiam Graeci olim adhibue-  
runt. Herodotus semper unam periodum adhibuit,  
quia ante eum nondum fuerunt iusta periodorum  
spatia. Henr. Stephanus addidit puncta, sed prima  
Herodoti editio sine punctis, meritis periodis habetur.  
Socrates primus docuit periodos, colla et commata,  
seu incisa. Marpurgi noui Professorem medicum,  
Linckerum, virum in historia summum, qui etiam  
Chronicon scripsit, hic eundem in modum, ut Thuau-  
nus, scribit longioribus periodis tam in Chronico,  
quam in orationibus suis, sed excessit vir summus  
modum, aliud est Chronicon, aliud historia, ut est  
Thuani opus. D. Schuppius eius fuit preeceptor.  
Thuani historia non quidem uitiose, quantum ad  
periodos, scripta est, sed est tamen onus, et mole-  
stiam affert lectori, ut de Thuano confidentur politi-  
ci, alias uitiosum non est, sed potius graue, scriben-  
di genus. In Thuani cabinet ist eine kleine Uni-  
uersitaet geueesen an buchern. Vir fuit omnigenae  
lectionis et eruditionis, in antiquitate uersitissimus.  
Morale sit, der einen langen stylum schreibet bedeu-  
tet einen spirituosen hizigen kerl, es uuit alles  
raus.

raus. Die Franzosen halten uiel uom stylo diffusiore,  
und dessuegen nicht uiel von Grammondo propter  
stylum concisiorem.

*Hieronymus Bignonius* fuit orator forensis Parisiensis,  
qui Grotium, cum dolo uxoris e Belgio effugisset,  
exceptit Pariliis, ipsique occasionem dedit, ut scribe-  
ret aureum illum librum de Iure belli et pacis. Hunc  
Grotius maxime fecit, eique in grati animi testimo-  
nium dedicauit librum de Veritate religionis Chri-  
stianae, quo Bignonum immortalitati donauit. Postea  
Rex Succiæ, Gustaphus Adolphus, Grotium uocauit,  
et honore legationis apud Regem Galliae eum digna-  
tus est, sed altera vice ex nausea, in mari facta, mor-  
bum contraxit, et Rostochii mortuus est, ubi Qui-  
storpius ipsum absoluit, qui etiam propterea a qui-  
busdam reprehensus fuit, quod Grotius generatim  
tantum confessus sit, er uaere ein armer Zoelner.  
Illo tempore solum docti in Gallia uocati sunt Gro-  
tius, Bignonius et Salmasius.

*Grammatica* non est regula autoritatis, sed autores  
sunt regulæ Grammaticae. Ennius, Pacuvius, Accius,  
sind so strohschneider, biersiedler, bey den Roe-  
mern, sind uuasser-poeten. A seculo II, usque ad  
sec. VII initium, sunt omnes scriptores medii aeui,  
die taygen im Latein nicht, von Solino an a sec. VII,  
usque ad XII, sunt medii aeui, das sind die herren  
moenche und nollbruder, die sind gar nichts nuze.

*Marius Victorius* editus est cum Prisciani Gramma-  
tica, eruditus satis liber, et quem quilibet scholae  
moderator habere deberet, si ex antiquitate omnem  
rem Grammaticam eruere uellet. Editio eius Colo-  
niensis hunc ipsum Mar. Victorium adiunctum haberet  
et Donatum Romanum. Primus praecepta Gram-  
matica conscripsit Priscianus, ut ita dudum mundus

K 3 steterit

steterit sine Grammatica Systematica, nihil tamen minus Latine scripserunt. Legerunt enim bonos scriptores, Ciceronem et ante eum Varronem, etc., haud secus ac Aristoteles primus poeticam ad artis formam rededit, licet dudum ante eum carmina fuerint composita.

*Ioannes Riuus* *Institutiones Grammaticas* edidit, Augustae Vindel., in 8, in quibus Vossio prolusus, nec sunt triuiales, sed solidiores, et ad eos maxime pertinent, qui insignes in humanioribus literis profectus habent. Hae possunt a docente in scholis cum utilitate legi. Saepe philologiret er und critisirt, et ad antiquitatem pertinentia adducit, docet item modum uariandi per figuratas. Giessensium Grammatica et poetica ist ein schoen buch, in qua conscribenda occupati fuerunt Finckius, Heluicus, Bachmannus, et summa laude est digna, et, nisi magnus Scaliger de re Grammatica et poetica scripsisset, dubitarem, an quis Giessensibus hac de re scripsisset melius. Ex Riuio plurima, sicut et Vossius, desumpserunt. Hanc Grammaticam non tyrones, sed studiosi, debent legere, et cum ea Scioppii Grammaticam conjungere. Riuus et Erasmus fuerunt amicissimi, et Riuus Erasmum uiuendo superauit. Vossium, cum Aristarchum scriberet, omnes fere Grammaticos nobiliores collegisse et euoluuisse, scribunt. Ich halte dauor, der mann hat uoohl 1000 Grammaticos uor sich gehabt, aber alte. Ioannes Sturmius, Melanchthon et Erasmus, fuerunt praeceptores in Europa bonarum literarum.

Qui scit, quomodo particulis oratio connectatur, aut exornetur etiam, et amplificetur, der ist uuie ein Schneider, qui lacinia multa consuit. Dieses hat Buchnerus geuunst, qui cum indicio imitationis ex Riuio aliisque multas desumptis formulas, ut nemo uideret. Nam singularis in imitando fuit artifex, et parti-

particulis conuenienter insertis, ita temperat stylum, ut imitationem primo obturu non deprehendas. Notandum interim, a Buchnero, summo inter recentiores oratore, non esse incipendum eloquentiae tyroni, sed a Cicerone.

*Iovannis Petri Adolphi Medulla oratoria, Norueg., in 12, Latine edita, plerumque inepta est, et uita iuuentuti, es ist ein quarckbuch, licet interdum quaedam bona infinit, ut plurimum tamen ex suo cerebro telas orationis nectit, er macht narren posse aus seinem gehirn. Vbiorum urbs soll bey ihm Coeln heissen, acta et aucta, res et facta, ist bachanterey, res et acta, redonetur aeternitati ist nichts. Metaphysicam docere ante Latinitatem bonam, est, Hereulis soccos infanti induere. Deus bonis literis in ipsa Papicolarum insperate singulare concessit beneficium, ut scil. Cardinalis, Boggius, in monasterio quodam conuolutas inueniret chartas, in quibus M. Fabii Quintiliani Institutiones scriptae erant, atque inde prima aurei huius libri editio promanauit; haud fecus ac Tacitum in monasterio Corbeiensi primum inuenierunt.*

Qui Italos Latinos scriptores legunt, debent duo obseruare, ut legant Bembum propter meram Ciceronis imitationem, Manucium propter particularum, quas ex Plinio sumpsit, elegantissimum nexum. Buchnerus hoc fecisse uidetur, qui Pliniam creberrime legit, eumque in epistolis quibusdam exacte imitatus est. Bembi similes sunt Castalio, Freigius, Muretus, qui omnes Ciceronis uim sectantur. Plinii in stylo suo saepe affectat, et a styli proprietate abit uerbis duris, sed ob particulas omnino laudandus. In particulis ordinis excellit in primis Cicerio et Julius Caesar, in comparandi particulis Plinius. Qui panegyricum scribere vult, nec Plinium legit, calcem ex arena faciet et molem ex compage. Curtii stylus, quantum

ad fluiditatem spectat, ad Plinii fere accedit. Tacitus nimis Laconice et obscure scribit, et nihil fere, nisi meras sententias, habet, hinc non ob stylum, sed ob res politicas legendus. Boccalinus, satyricus, et alii Itali, Tacitum non styli scriptorēm, nec historicum, sed brillatorem, nominant, quia omnia aulae Romanae scelerā ostenderit. In ipso Cicerone sunt quae-dam, quae non sunt imitanda, e. c., sullaturire, dem Suller nachthun, pro imitari, aemulari, illum. Sic uox castrata respubl. reperitur quidem apud Ciceronē de Oratore, ut videre est in indice Nizoliano, sed tamen abstinendum ab hac uoce, si quidem Cicerō non ex sua, sed ex aliorum, et quidem illorum, quos ipse reprehendit, sententia protulit. Neque praejudicat nobis, quod Barthius et Reinesius eiusmodi formulis saepe fuerint uti, sed hoc ipsis ut proprium relinquendum, nobis, qui non eorum uitia, sed uirtutes, imitamur, non est imitandum. Voluerunt hoc ipso suam antiquitatis notitiam indicare. Anno post, quam uota erat, i.e., genuidmet, Liuius, VII, p. 275, edit. Gruter. Aber deuotus ist uerflucht, ut, deuotum caput, der kerl ist zum galgen genuidmet. Vulgo, pro singulari pietate addicō, usurpatur. Eous notat idem, quod orientalis, seu notat id, quod iacet ibi, ubi sol oritur auroraque est. Male dicitur, gentes orientales, sed bene, gentes, quae uersus orientem sitae sunt, quae orientem perspiciunt, quae uersus orientem habitant. Persona stylo Romano significat semper qualitatem, uel uirtutem. Hinc dico, politici est, personam sumere, id est, ein politischer mann soll sich schicken. Claustrum notat angustias aliquas u, claustrum aquarum, non ein kloster. Ita enim barbarum est. Claustra aperire, das land aufbun. Miliarium inde dicitur, quod mille passuum spatio contineatur. Apud Isidorum de Origin. XV, 16. Veteres alioqui miliaria per lapides, in uiis positos, denotabant, et distinguebant.

bant. Tranquillus in Galbam. *Hinc sexto lapide distare, id est, sexto miliari.* Ceterum miliariis, uel militibus, ablatiuo efferas, idem est, recte etiam uel cum dupli, uel cum uno, I scribas. Veteres enim scribebant mille et mile, in nummis autem ueteribus syllaba mil semper denotat uel miles, uel militia, uel milita.

*David Chythræus*, qui summos viros Vitrembergæ audivit, Melanchthonem, Peucerum, Dissertationem scriptis de excolendo theologiae studio, suadet in ea inter alia, ut quilibet studiosus theologiae, qui animum applicat ad orationem ecclesiasticam, diligenter euoluat Cyprianum et Basilium. Ex iis enim posse illum modum styli ecclesiastici uidere. Omnes Patres priorum quinque seculorum, (Reliqui enim non tantam in scribendo maiestatem habent) legerunt ethnicos scriptores, eosque imitati sunt, ut Lactantius dicitur inter Patres Cicero, Cyprianus Caesar, Basilius M., quem alias Patrem Xenophontem dicunt, licet Graeca scribat, ad Caesarem tamen accedit. In Sulpitio Seuero recusam quasi habemus Sallustii historiam. Eum enim et stylo, et formulis, diligentissime imitatus est, quem librum quilibet theologiae studiosus legere debet. Est is quidem non Pater, uir tamen sanctus, et inter eos, qui profanum aliquem autorem in re sacra imitari studuerunt. Dicit quidam poeta, *Imitatores seruum pecus, sed nos dicimus, Qui imitandi artem nescit, is in stylo, nihil scit.* Dies precum nunquam apud Latinos significat ein bustag, sed dies supplicationum, usi Romano. Preces notant actionem ipsam orandi. Adiutor precum Plinio est, qui iuuat causam apud Imperatorem. Deprecator apud Deum hodie ein vorbitter bey Gott.

*Theodorus Gaza Constantinopoli discedere iussus,* tanquam uir eruditus Graecarum literarum, naufragium

gium timens, solum Plutarchum asciuit, hoc solus euasurus periculum, quod etiam euenit. In Italiam ut peruenit, et Pontifex Romanus, et Imperator, et Dux Florentinus, eum desiderarunt.

*Laurentius Valla* fuit vir doctissimus, et crux omnium Grammaticorum et Pontificum dictus est. Ex illis enim nemo fuit, quem non censoria uirgula nota-uerit, horum uero ideo dicitur, quia in diplomatis Pontificum diiudicandis acerrimus fuit. Vallam uero nostro tempore Scioppius imitatus est. De Valla in Prouerbium abiit, quod cum ipso crux Grammaticorum et Pontificum sepulta fuerit.

*Ulricus Huttenus*, sive *Ulrich von Hutten*, maximus B. Lutheri VVormatiae hospitis patronus, edidit Epistles obscurorum uirorum, quae falso Erasmo ascribuntur. Erasmus harum lectione ita risit, ut intumescentis maxillae dolore sit lenatus. De Magnitudine urbis Romae scripsit librum uere aureum Lipsius. Fragmentum Polybii primum uerit Pompilius Amaseus, ac postea nouo Commentario de Verbis iuris (est Lexicon iuridicum, Ictis futuris omnino necessarium) subiunxit Franc. Hottmannus. Polybius I. Casauboni est optimus.

*Hermannus Conringius* uidit Archiuia Archiepisc. Bremensis Stadae, ut Boeclerus Moguntiae, quin et Grotium studet aemulari. Vixit diu in Belgio, et hausit Arminianismum. Arnisi libros Codices MSS. uertit in suos usus. Bibliographiam Naudze dum commendauit, ostendit fontes, aut fontium indices, unde sua haussisset. Autorum tamen uitas et scripta cum cura persequitur. Eius scriptum sub titulo personato ac ficto, nomine, de iustitia belli Polonici, plus coloris habet, quam ueri. H. Conringii mors acerba mihi, et communis literarum reipublicae, fuit, in

in quo decus ornamentumque prudentiae ciuilis,  
et historiae Germanicae, amisimus Germani. Neque  
eo fecius Baraui lugent suum Nicolaum Heinsium,  
quem, nisi fallor, doctissimus Graeuius oratione fu-  
nebri laudabit.

*Io. Bapt. Mantuanus* superioris seculi princeps poe-  
tarum, alter Virgilius. *Paulus Langius* in *Chron.*

P. 838.

*Guillotiere* veteris et nouae Spartae descriptionem  
comparationemque tradit, saepe nota Crugium.  
*Lacedemone ancienne et nouvelle Guillotiere*, 1679,  
12, in Hollandia rec.

*Paulus* si scripisset lingua Hellenistica, *Plato*, *De-  
mostenes* et *Graeci*, N. T. intelligere non potuissent.  
Atqui Dei consilium co spectabat, ut omnes  
intelligerent. *Sebast. Pfochenius* scripsit de stylo N. T.  
Labore quidem multo, sed aetate et iudicio nondum  
satis maturo, ad hanc contiouersiam aggressus est.

*Iobus Ludolfus* scripsit *Sciographiam* historiae Ae-  
gypti, qui laborum taediorumque feciis, *Gotha* di-  
scellit, auctus titulo honorarii Consiliarii Saxonici.  
Multa, ad historiam Orientis pertinentia, ostendit.

*Libanius* fuit praeceptor Chrysostomi, qui ab eo  
non paganisum, sed bonas literas, didicit. Fuit  
hic Libanius maxima eruditio, sed pessimae uitae,  
utpote qui Iulianum a Christianismo feduxerit.

*Liuius* scripsit cxi libros, ex quibus x habemus.  
Vixit, Augusto imperante, adeoque seculo augusto,  
et nihil, nisi quod probum est, adducit unde ab omnibus  
legendus. *Ius gentium* ab eo dicitur *ius homi-  
num*. *Liuius* est optimus, quem *Glareanus* edi-  
dit, 1540, f.

*Puteani* erant duo fratres, ita stylum scribentes eun-  
dem, ut crederetur unus in utroque spiritus. Scripto-  
runt incomparabile opus de *Rebus Franco-Gallicis*.

Deme-

*Demetrius Phalereus*, vir aequo doctus ac prudens, censuit, libris, et maxime historiarum monumentis, contineri pulchra omnia, et utilitatis plena, quae Reges ipsos admoneant, atque instruant; et decus honoremque immoralem summo potentiae fastigio addant. Tanto magis priuatos erudiunt, quanto latius patent, et in omni uitiae consuetudine ualent, neque sine iis ullae doctrinarum rationes constitui possunt.

*Paulus Aringhus* est laudatus ille autor, qui Roman subterraneam imaginibus illustratam edidit, et pulchre meritus est de Urbe antiqua et Martia, et rerum domina, cum floret. In eandem rem incubuit Ant. Bosius, et immortalem eo instituto laudem sibi comparauit. Liber Italica lingua prodiit, nec facile a linguae non perito legi potest. Itaque copiam facio parui nec inutilis libelli, ex quo sine omni difficultate statum situmque veteris Urbis cognoscas.

Praeter Patres diligenter multumque legendi sunt Iosephus et Eusebius, qui veterum Graecorum omnium fragmenta sedulo collegerunt. Iosephus autor grauis, sed ubi Hebraeorum inuenta sequitur, et a scriptura diuiniori recedit, deserendus. Inter Patres est elegantissimus et purissimus, si Clementem exceptias, Theodoretus, qui in doctrinae genere, et stylo ad docendum aptissimus est. In historia aliquando lapsus est. Chrysostomus diligenter Aristophanem legit, et inter oratores, si quis alius, aestimandus est, hic certe praeter ceteros laudari debet. Ille in Homil. XXV in Genesin ait, Noachum tres tantum habuisse filios, et ex hoc argumento castitatem et continentiam etiam in matrimonio commendat. Id quod contra historiae fidem est. Verum ille non tam accuratam historiae seriem, quam scopum sibi propositum, id est, continentiae et castitatis commendationem, intendit. Eodem modo se res cum Theodoro habet.

Diodo-

*Diodorus Siculus* compilavit fragmenta Cresiae Cnidii. Hinc Annius Viterbensis et eius supposita scripta, Pseudo-Berosus, Pseudo-Merasthenes, Pseudo-Manethes diligenter cauendi, qui Sleidano nostro imposuerunt. Diod. Siculi Historia uniuersalis ab origine inde mundi, usque ad sua tempora, et Iulii Caesaris, quo regnante uixit, edita, primum ab Henr. Stephano, absque uersione, deinde a Laurentio Rhodomanno, inter eruditissimos, quos Vittembergia unquam habuit, et de quo Grotius saepe professus est, istum esse uirum totius Germaniae Graece doctissimum, denuo cum uersione. Eclogae ipsius sunt eruditissimae.

*Ioannes Annius*, monachus Viterbiensis, in Italia, cum incideret in historiam, et sentiret, scriptores hos magnum habere interuallum, atque adeo splendos esse, ipse ex ingenio suppleuit, et diu eruditis omnibus imposuit, quin immo, ipsi Melanchthoni et Sleidano, imposuerunt, ac fides horum scriptorum probata fuit, donec tandem Iosephus Scaliger Annianum fucum persentiseret, et dolum subesse, primus intelligeret. Multa autor hic fabulosa habet, quorum duo notasse sufficiat. Primo dicit, Noachum ex positu siderum et astris futurum orbis exitium collegisse, mundumque aquis exhaustum submersumque iti, intellexisse. Sed diuinior Codex nihil de hac re admonet, et Noachum hoc a Deo edoctum suggerit. Deinde constat, Noachum bene potum dorminisse, et cum apparuisset nuditas, quod per crapulam et incuriam se detexisset, Chamum patri dormitienti illusisse. Expergefactus itaque ille Chamo et posteris eius maledixit. Hic Annius dicit, Chamum patrem dormientem carmine magico fascinasse, ne in posterum sobolem procrearet, quod timeret, Noachum, si in crapula ita perseveraret, stimulos sensurum libidinis, et cum uxore concubitum, quo fieret demum, ut pater-

paternum regnum in plurimas portiones distribuuntur. Sed fabulosa res est. Certum est, Noachum post diluvium genuisse. Eius supposita scripta, ut Pseudo-Berosus, Pseudo-Metasthenes, Pseudo-Manethes, diligenter cauendi.

*Lyranus* scriptor diligens et in interpretando assiduus, sed multa ex narrationibus sublestae fidei et Rabbinorum traditionibus adduxit et allegauit, adeoque caute legendys.

*Alfonius Tossatus*, Episcopus Abulensis, vir multae doctrinae et lectionis, magnae etiam industriae, commentatus est in Genesim et alios libros, sed saepe uera falsis miscet, et coniecturis nimis indulget, et secure definit, ubi tantum coniectari debuisset. Hic Tossatus ex Gen. VI, 3, fatalem uitiae terminum statuere uoluit, sed exempla comprobant, homines multo longioris uitae hac prima periodo fuisse, quin immo, et post diluvium diutius uixisse. Tossatus ceteroquin vir doctissimus fuit, sicut Vasquetus, Molini, et alii Hispani, non infeliciter admodum in studiis uersati sunt. Hispani enim scriptores ingenio quidem optimo pollut, sed stylus eorum rudis est. Libri hi magis uiles sunt interpreti Bibliorum, quam historico. H. Grotius, quae ad moralem disciplinam spectant, ex iis sumpsit, sed meliorem ornatum florremque ipsis addidit.

*Philippus Beroaldus* scripsit Chronicon, sed multis ineptiis scatens, cuius hypotheses a Chronologis reprehenduntur. Edidit Apuleium, Asinum aureum, et alios quamplurimos libros, sed in hoc lapsus est, quod chronologiam primorum hominum ex solo Codice sacro petendam putaret. In hoc proposito B. Calouius ipsi successisse uidetur, qui pariter chronologiam antiquam ex solis Bibliis deducere conatus est, ut eius exemplum in illustratis Bibliis dedit, sed non sufficit

sufficit uiri autoritas, ut nobis iniungat, relictis scriptoribus profanis, Codicem sacrum solum in hoc instituto sequi.

*Gilbertus Genebrardus* historiae fuit gnarus, sed multa refert ex Hebracorum commentis. Sic putat, Abraam cultui idolorum fuisse addictum, quod sanctissimi parentis honoribus maculam affert. Dorscheus, theologus eruditissimus, et uir in omnis antiquitatis genere gnarus, saepe integras paginas ex ipso sumpfit, suppresso tamen nomine quod ipsi uitio uertunt erudit, et mala fide agere, accusant. Scaliger loco quodam de Genebrardo dicit, Vir quidem eruditus, sed maledicentissima bestia. Multas enim cum ipso in theologiae quibusdam capitibus lites habuit. Ille Romanae ecclesiae, hic repurgata, sacra sequebatur. Idem de Christoph. Brouuero afferre licet.

*Augustus Torniellus* scripsit Annales perinde, ut Iacobus Salianus, qui uariam eruditionis materiam praebent, et perutiles sunt lectu. Varia admiscet, et doctrinarum artiumque praesidiis instructo maximo usui esse potest.

*Gerardus Mercator*, chronologus diligens, sed non accuratus. Putat, orbem aestate conditum fuisse.

*Henricus Buntingus* et *Sethus Caluifius*, uiri multae industriae, sed accurrior est Caluifius, Buntingus Itinerarium Palaestinae, in f., scripsit. Caluifii Chronologia optima est in f.

*Christianus Matthiae*, cuius Theatrum non est inutile, et uarios praebet locos communes. Fuit primum Lipsiae, deinde Hafniam euocatus, demum Hagam concessit, ibique contionatoris munus in Lutherana ecclesia obiit. Opus ipsius historicum theologo magis, quam historico, usui esse potest. Iudicium enim politicum uiro ceteroquin docto deest.

Courin-

Conringius cum scholas adhuc minores, quas triuiales vocant, frequentaret, incidit in grauem morbum, cuius cum paullatim laxata uis esset, in manus forte accepit Bucholzeri Indicem chronologicum, et ipsius lectione incitata uelut naturae ingenique uis est, ut tanto cum ardore deinceps studia haec amplectetur. Quare postea Belgium commigravit, ibique insignem sibi librorum notitiam comparauit. Nulla enim terra aptior est ad hoc studiorum genus, et uariarum artium subsidium comparandum, si Italiam excipias, quam Belgium. Illuc omnes elegantiae confluxerunt, et, ut pecuniae omnia obediunt, ita selectissimi libri ibi reperiuntur. Ipse Holstenius, Bibliothecae Vaticanae Curator, Lambecio autor fuit profiscendi in Belgium. Ibi enim omnem elegantiam hauriri posse, affirmauit. Carion Epitomen **III** monarchiarum edidit, quam Peucerus et Melanchthon auxerunt. Carionis Epitome ansam mihi praebuit amplectendi historiam. Peucerus, Professor quondam Academiae huius celeberrimus. Conringius eum uocat uirum eruditissimum. Medicus fuit, philosophus, historicus, insignis, et rerum theologicarum non ignarus. Diligenter perscrutatus est Diplomata Ascanica, et in Saxoniae Archiis optime uersatus. Fuit ceteroquin Budissinus, et uaria opuscula scriptit, de Diuinationibus, Compendium astronomicum, in 8, eruditum et bonum, Historiam Budissinae urbis carmine erudito contextam, et Chronicon Peuerianum appellatur. Multas initio habuit cum Melanchthone lites, et acerrima inter se odia fouerunt summi uiri, aut aemulandi studio, aut necio, qua inter ipsos litium causa exorta. Sed deinde conciliati, constantes permanserunt amici, et Peucerus Melanchthoni summopere dilectus fuit. In eo imprudens incautusque, quod religionis negotio se immiscuerit, et conciliationem quandam inter Palatinam,

Saxo-

Saxonicam et Brandenburgicam, domum, in religionem  
quaesiverit, quae res ipsi exitium, et decem annorum  
carcerem, Crellio necem, attulit. Solutus carcere iu-  
rejurando fidem dedit, illatam iniuriam neque uer-  
bis, neque scriptis, ulturum. Scriptis deinde Histo-  
riam carceris, ubi uaria habentur ad religionis ne-  
gotium pertinentia. Sed mirum dictu, et uiri inge-  
nium fractum, et uires attritas ac labefactatas, lon-  
ginquo carcere esse, adeo, ut sale suo et condimento  
scripta eius, propter carcerem, destituantur. Famili-  
ariter cum Electore, Augusto, uixit, adeo, ut testem  
ipsum fontis sacri expediuerit. Consilia Peuceri,  
Crellii, aliorumque, erant, ut illustres huius domus reli-  
gione coniungerentur, quo Imperatori coniunctis ui-  
ribus resisterent, sed, quia haec consilia rempublicam  
turbabant, male autoribus ceciderunt.

*Marchamus*, *Anglus*, scripsit Canonem aliquem  
chronologicum, in quo priores monarchias pertractat  
satis erudite et accurate. Duplex est editio. Altera  
in Belgio, altera in Germania, prodiit. Multa Mar-  
chamus habet, quae ad antiquas monarchias spectant,  
et quae recte satis et accurate explicat, et maxime ex  
scriptoribus Graecis supputationem suam deducit.  
Verum multas habet hypotheses peculiares, et in  
quibusdam sacri Codicis autoritatem labefactare ui-  
detur, e. c., putat, omnes antiquas leges ab Aegy-  
ptiis, tanquam ab origine sua, repetendas esse, quippe  
a quibus ipse Moles, cum in Aegypto fuerit, eas  
hauserit, atque adeo diuinioris Codicis et Dei legum  
autoritatem misere et impudenter paulisper infrin-  
git. Praeterea nouas quasdam sententias fouet, quas  
tetigi in Disput. de Monarchia Assyriaca et Persica.  
Cum eo Spencerus coniungendus est, qui easdem  
opiniones et hypotheses fouet in libro, quem scripsit  
de Sacrificiis, cui se oppofuit VVitsius, theologus  
reformatus, in Aegyptiacis, qui accurate demonstrat,

L

omnes

omnes ritus antiquasque leges ab Hebreis et diuiniori Codice repetendas. Huius sententiam nos amplectimur, et nobiscum faciunt Clemens Alexandrinus, Iustinus Martyr, aliique Patres.

Petrus Daniel Huetius scriptit Demonstrationem euangelicam. Fuit hic a studiis Delphino, hodierni Regis Galli filio. Vir multae lectionis, et in scribendi genere elegans. Abbas deinde Cadomensis factus est, et postea Episcopus a Rege creatus. Edidit Origenem II uoluminibus, sed integer nondum prodiit. Liber eius de Demonstratione euangelica in Gallia editus est, et in Bataua recusus, perutilis et multa habentur in eo erudita, in primis quae spectant ad historiam antiquam et monarchiam primam. Differit inter alia, an Mosis fuerit gentilium Cecrops, et an ethnicis leges ipsius cognitae fuerint, in qua discepcione et disquisitione uerisimilia saepe et coniecturas pro demonstrationibus habet. Pertinet eius consilium eo, ut atheos ex historia refutet, sed dum ipse in coniecturando sibi non constat, isti hominum generi deridendum se propinat, et nihilo minus, quam demonstrationis nomen liber iste meretur. Deinde de fontibus sacri Codicis non recte iudicat, quippe contaminatos esse, et turbide fluere, existimat, multa nomina Hebraica esse misere corrupta et contaminata. Sed eo ipso, dum Codicis authentiam negat, atheis fenestram calumniandi aperit.

Ioannis Freigii extat Mosaicus pulchre scriptus. Idem hic in Epistolas Ciceronis commentatus est. Mosaicum appellat historiam suam, quam a principio rerum ad Abraami usque tempora deduxit. Liber eruditus scriptus est ob elegantem stylum, ob uaria, quae admiscerat historiae suae, quae ceteroquin eleganter collecta est.

VWolf.

*VV Wolfgangus Lazius de Migrationibus gentium* scriptis, sed liber nugis et fabulis plenus est, nec sine stomacho legi potest. Fuit iste alioquin vir doctissimus, et a cura Bibliothecae Vindobonensis.

*Boelerus* scripsit Historiam uniuersalem, in 8, sed tota nondum ad exitum perducta. Vir erat ingenio acuto praeditus, et doctrinae subsidiis optime institutus.

*Antonius le Grand.* Cuius Historia Londini, 1686, 8, prodiit, Anglus est, saepissime impingit, et in primis in historia Nini non accuratus est, et stylus eius non admodum bonus, et historia ad Constanti-  
num usque M. tantum deducta est.

*Samuel Bochartus* scripsit II libros, Phaleg et Canaan. In illo dispersiones et migrationes gentium explicat, in hoc antiquitates uarias euoluit. Gallus ille est doctissimus, et acuto ingenio praeditus, et qui in rimandis antiquitatibus non obscure diligentiam suam ostendit, interdum tamen nimis ingenio et coniecturis indulgens. Libri eius Cadomi in Gallia excusi sunt, et Francofurti ad M. recusi, Occasionem, ut ego puto, C. V. nactus ab Aria Montano, qui Hispanus fuit, et Biblia Hebraica, et antiquitates Hebraicas edidit, eleganter scripras, ubi multa habet de ritibus Iudaicis, de veteri tabernaculo, aliisque. Idem ille librum scriptit, quem Phaleg appellauit, ubi uaria de migrationibus gentium admisicit. Hoc sine dubio usus est Bochartus, et occasionem edendi suum Phaleg et Canaan ab eo nactus est. Exstat praeterea Bocharti Hierozoicon, liber eruditissimus. Bochartus vir fuit eruditissimus, et qui in rimandis antiquitatibus non obscure diligentiam suam ostendit. Utitur in primis hoc argumento,

quo probare conatur, Germanos ex Aegyptiis ortos. Germani habent multa sacra cum Aegyptiis paria. E. Sed sciendum, Germanos sua sacra a Romanis et finitimiis accepisse, qui forsan ab Aegyptiis accipere potuerunt, ergo immediate ab Aegyptiis non acceperunt. Deinde multa cum Aegyptiis habent uocabula communia. Respondeatur, etiam cum Persis, quare E. non ex his etiam originem ducant. Eodem modo Rutbeckius, V. C., Sueonas, nescio, a quibus deriuare uult, et Argonautas in Suediam uenisse, ibique aureum uellus quaesiuisse, sed fabula haec est, et a Borrichio falsitas huius rei demonstrata est.

*Chronologia anonymi de Diuisionibus et generacionibus gentium*, quam Labbeus putat tempore Alexandri, Imperatoris, scriptam. Sed non est illius temporis, sed corruptum iam seculum sapere, multis argumentis probari potest, in primis a stylo peritis. Dicit loco quodam, Helladium, quae uox barbariem notat. Latini enim Hellada dixerunt. A monacho proinde quodam conscripta est, aut sequiorum temporum scriptore.

*Riccioli Chronogiam reformatam* Itali deformatam vocant. Lapsus in quibusdam summus vir, e. c., Germaniciam Germaniam esse, putat, cum Asiae regis sit. Hugo Robinsonus scriptor eruditus et multo labore perfunctus.

*Vossii* sunt duo, pater et filius, Gerardus Joannes, vir ingenio miti et erudito, atque labore Herculeo defunctus, et Isaacus, quorum ille in Belgio, hic in Anglia adhuc hodienum uiuit, et Praebendarii titulo floret. *Vossiorum* gens in Palatinatu nata est, atque hinc bello tricennali, cum turbatus Germaniae status esset, et bellis omnia arderent, G. Joannes in Bataviam uenit, alii in Angliam commigrarunt. Commodo

mode feso Vossio occasio obtulit, augendi locupletandique Bibliothecam suam. Cum enim Sueonum milites undique spoliarent librorum apparatum, et uero huius rei imperiti essent, multos ad Voissium MSS. Codices Graecos attulerunt, quos ille nili admodum pretio coemit, et in Batauiam secum abduxit. (et nuper Isaacus secum in Angliam attulit) Qui hoc insigni apparatu adeo praeter ceteros eminet, ut nullius Principis Germaniae, si Vindobonensem excipias, quae instructissima et rariissimis Codicibus referta est, aequiparari ipsi debeat. Ger. Io. Professor Academiae Lugdunensis, quae communis Batauorum sumptu alitur. Praeter hanc Academiam Amstelodamenses in urbe sua Gymnasium Academicum instituerunt, ad quod regendum Vossius Lugduno illuc uocatus, Rectoris munus obiit, tantasque ibi diuitias collegit, ut cum discesserit ex uita, filio Isaaco, 100000 nummorum (quos thaleros barbare uocant) summam reliquerit. Patris Bibliothecam insignis librorum accessione auxit Isaacus, quippe qui familiariter cum Christina, Sueciae Regina, uixit, multumque apud ipsam ualuit, adeo, ut Salmasius et ipse Boeclerus in hoc genere ipsi cesserint. Donatus proinde rarissimis a regina Codicibus, optimos ex Suecia libros secum attulit. Filius, Isaacus omne, quicquid pater in chronologicis emendauit, immutauit denuo, et nouam theologiae crucem figit in Dissertationibus suis theologicis. Reiicit Codicem Hebraeum, et fontes ipsos non puros liquidosque esse, sed turbide fluere, audacter nimis affirmat, et Iosephum, quod ad dictionis puritatem attinet, Hebraeorum Codici antefert. Septuaginta proinde uiralem interpretationem pro fundamento supputationis suae substernit, et Iosephum pro eius interprete habet, quo aliud fieri non potest, quam ut diuersa plane in numeris ratio emergat. Hinc est, quod tantas

cum Simone, Sodalitatis Iesu patre, lites habeat de autoritate Codicis Hebraei. Nec minus cum Gronouio collisus commissusque est ob notas, quas addidit Geographiae Latinae Melae, a Gronouio quibusdam in locis castigatas castratasque. Male hoc Vossium habet et acriter in ipsum inuehitur. G. I. Vossius librum scriptit, quem sub Locorum communium titulo edere uoluit, sed deinceps sub nomine Theologiae gentilis prodiit. Plus ille liber in recessu habet, quam in fronte promittit. Mirum est, huic Gerardo, cum praelegeret Lugduni, summos viros Haga Comitum aduenas operam nauasse. I. Gerardus pleraque scriptit erudita, Aristarchum, Isagogen historiae, de Scriptoribus Graecis et Latinis, quos libros cuilibet quam commendatissimos esse uolo. Item de Poetis, de Arte historica de Quatuor artibus popularibus, Rheticam, et alia quam plurima. Habuit Gerardus filios, quorum unus aquis absumptus, alter misere necatus est. Solus Isaacus superstes est, et VVindsoriae, in Anglia, ubi Regis saepe aula est, et equites Garterii ordinis creantur, domicilium habet, et beneficio Praebendarii fruitur. Scriptit uaria, in Pomponium Melam, Scylaxen, Geographum Graecum, uaria quoque chronologica, quae sub titulo Dissertationum edidit, in quibus plane a patris sententiaabit. Commentatus quoque est in Catullum, poetam lascivium et petulantem, qui liber maxima odia apud Belgas ipsi conflauit, et ob antiquitatem Fescenninam luce sua prohibitus est. Notae quidem multae eruditionis sunt, sed pleraque castis auribus ueniam non habent. Superiori seculo Aldini Catullum ediderunt, breuiores notas addiderunt, ex quibus multa hausit Vossius, et quaedam iis addidit, quae talia sunt, ut aures laedant, e. c., Paulus loco quodam dicit, se esse περιψημα, i Cor. IIII, 13. Ibi ille explicat, quid sit περιψημα, instrumentum,

quo

quo absteserant meretrices pudenda, quando cum uiro rem habuerant. Haec et talia plura admisceret suis. Nec minus Batauos offendit Isaacus Vossius ea re, Beuerlandium, uirum quidem eruditum, et qui iam in spem uenerat, ut Professor Lugduni Batauorum euaderet, conuictu et domicilio exciperet. Is enim ob librum, in quo defenderat, Adamum et Euam rei uenereae nimium deditos fuisse, hocque pomum prohibitum, quod commedissent, esse, Bataua excedere iussus, ad Vossium in Angliam se contulit, et ab eo comiter habitus, modo ut Batauis aegre faceret Vossius.

Non inutile est scitu, quomodo historia uetus tam a theologis, quam politicis, tractetur. Id enim admoneo, aliter ab his, quam ab illis, tractari. Theologi eam per aerae dispeccere solent, politici uero per millenarios et interualla maiora disponunt, et in his comprehensa secula tractare solent. Eius rei, quia plus difficultatis habet, schema subiiciemus. I aetas est a principio rerum usque ad diluuium Noachicum, quod accidit A. c. 10 10c LVII. II aetas a diluio usque ad natuitatem Abraami, quae comprehendit annos c. 10 10ccc XLIX. III aetas a natuitate Abraami, usque ad c. 10 10cccc LIII, quo factus est exitus ex Aegypto. IIII aetas ab exitu ex Aegypto, usque ad A. c. 10 10cccc XXXII, quo exstructum est templum Salomonis. V aetas ab exstrueto templo, usque ad A. c. 10 10 10cccc XLIX, quo tempore contigit captiuitas Babylonica. VI aetas a desolatione Iudaeae et templi Hierosolymitani patet interuallum, usque ad excidium templi Hierosolymitani, quod excidit ac deleuit Vespasianus duetu filii, Titi. Has aerae intendit quoque Huetius, sed Schraderus, et reliqui politici, ueterem historiam partiuntur per millenarios et interualla maiora. Ego per monarchias et imperia diuido.

L 4

Ad

Ad cognoscenda literatorum, id est, qui de rebus Romanis scripserunt, virorum elogia utilis est elen-chus scriptorum, quem suo ad Rosini Antiquitates commentario praefixit Thomas Dempsterus, qui iuxta cum aliis diligentiam Rosini laudat, sed abiecit de eo existimat Reinesius Vat. Lect. I, 3. P. Freherus et Hanckius eius uitam non recensuerunt. Error quoque in Koenigii, Profess. Altiorfini, Bibliotheca corri-gendus, qui eum, A. c. 1596 obiisse, tradit.

*Georg. VVelschius* sub finem uitae ita corruptus est aegritudine animi, ut ipse sibi displicere uideretur. Opera eius posthumam lectu sunt iucundissima.

*Zingiber, Saccharum, etc.*, ex Arabica lingua originem habent, multae antiquitates in hac lingua repe-riuntur. M. Beck, ein Prediger in Augspurg, ein uortrefflicher Arabs, Calendarium Arabicum scripsit, qui liber est optimus. Henelii exemplo incensus, quod sane innuit in dedicat. Argus. Coleri disciplina haud dubie ei profuit ad hoc genus studii excelen-dum. Cum eo legendus Io. Schefferus de Militia nauali, in 4. Diligenter legit Lazarum Baism de Fabrica triremium, in 4, Ios. Scaligerum, Vil. Canterum, Prof. Ultrai., Io. Meursium, Casaubonum, ad fontes tamen digitum indicemque intendit. Co-lerus, Prorector Gymn. Elisabeth. Vratill., die ge-lehrte sau, ob spurcos mores uocatus fuit. Edidit Parerga, qui liber optimus, item, Notas in Tacitum praeter alias Orationes nuptiales et Panegyr., etiam Orat. de Mariae Magdalena Bibliotheca scripsit, 1646.

*Io. Bruxerinus de Re cibaria et potulenta veterum librum* scripsit, quem Dipnosophiam, sive Sitologiam uocat, inque eo esculenta et potulenta explicat, quae cuius nationi, homini, sexui, sanis, aegris, senibus, iuuenibus, idonea, uel minus, recusa Francof., 1606, 8. Hermannus, Prof. Botan. Lugdun., edidit Indicem herba-

herbarum, Er ist etliche mahl in Indien genuesen. D. VVagenseil sagt also, Siligo ab Olyra et Secalī differt, Siliginis pars melior est Simila, siue similago, quippe flos triticeae farinae, p. 114. Vor den schmerzen in cruribus soll man gerstenbrod essen.

*VVelleri Grammatica Graeca* multos inutili compendio a Graeca lingua excolenda deterruit, eoque Golii, Gretseri, Crusii, aut alia potius, retinenda est. *VVellerus* etiam plurima hausit e Gretsero, quamquam nec Gretserus autor est huius Grammatices, sed Collegium Ingolstadiense, quod eo modo ignorantiam Graecae linguae, quam in Synodo Ratisbonensi prodiderat, palliare uoluit. *Angeli Canisiū Grammatica Graeca* est optima et praefantissima, Londini ex offic. Nortoniana apud Io. Billium, 1693, 8, prodiit, elegantissime Amstelod., 1700, 8, opera Crenii. Conf. Ios. Scaliger, in primis Scaligeriana, p. m. 32.

*Ioachimus Ioannes Maderus*, scholae Schoenningensis moderator, diligens doctusque uir, et in Romana ac Germanica historia multum uersatus, Conringo et Schradero familiaris, ac deinde ad Iuliam inuitatus, sed recusauit, otio et pulueri assuetus, et antiquae morum simplicitati innutritus, lucem Academiae refugit, sorte sua contentus, et de iuuentute bene meritus, nec de statione, in qua positus est, discessurus. Edidit Adami Bremenisi, qui uixit floruitque seculo post C. N. XI, imperante Henrico III Salico, Historiam ecclesiasticam Helmstadii, 1670, 4. Herm. Conringius, qui Regio monte ingenium Socraticum dicitur, uir exquisito iudicio doctrinaque uaria est. Is Madero perdidicenti et eruendae maiorum antiquitatis perquam studioso, diplomata quaedam ex tabulario Bremenisi, ad quod Suedorum gratia ipsi aditus patuit, descripta, edenda tradidit.

*Rupertus Hobbesio familiariter usus, a quo didicit religionis naturalis fundamenta, et simul diuinioris contemptum.*

*Sam. Pufendorfius de polygamia Heidelbergae initium posuit, et, cum apud Suedos esset, ut blandiretur proceribus, ad effectum deduxit. Vir doctus, sed adeo impudens, ut in doctrina morali tyrannidem prope affectare uideatur.*

*Demosthenes, omnium, qui unquam editi sunt, emendatissimus, Vil. Morelii, Dionysii Lambini, et Io. Benenati, opera Lutetiae Parisiorum, 1570, in forma maioris ordinis in lucem est editus. Morelius octo Codicibus uetusissimis e Bibliotheca regia sumptis in recognoscendo Demosthene usus est.*

*Iamblichius librum scripsit de Mysteriis, in quo magiam demonstrauit, accurate et ex astris praedicens artem docuit. Celeberrimus fuit philosophus, et post C. N. inclytus. Philosophi, ut ego credo, magiam et artes diabolicas propagarunt. In quo genere et Caspar Peucerus, quo niro nihil eruditius Vittemberga habuit, elaborauit, et praedictiones astrologicas reliquit, qui liber exteris merito pro insignis eruditionis monumento est.*

*Epicurus primus in urbe Attica autor fuit, ut horti Athenis maximopere aestimarentur. Ipse in hortis docebat, ut Seneca testatur, laudatque Epicuri institutum. Idem Epicurus fuit vir ingenio et eruditione praestantissimus, adeo, ut Seneca praeeret ceteros eum aestimaret scriptumque reliquerit. Epicurum mecum circumfero et assidue lego. Nam non in corporis, ut ineptum uulgaris putat, sed animi, uoluptate summum bonum constituebat.*

*Ionthonius, vir eruditus et antiquitatis admodum studiosus, de regno uegetabili et compendia quae-dam de hortis, herbis, mineralibus, etc., librum concin-*

concinnauit admodum utilem, ualdeque curiosum.  
Fuit medicus e Silesia oriundus.

*Ioannes Baptista Ferrarius*, Senensis, Italus longe doctissimus, edidit librum eruditum, cuius titulus, *Flora. Liber sine pulcherrimus lectrue dignissimus, praeципue ob styli elegantiam aestimandus.* Es sind tresliche schoene kupfer däbey. Da tractirt er de ambulatorio, uiae der soll beschaffen seyn, de Rosa Sinensi eiusque arbusculo. Iste liber est compendium uom Varrone und allen andern, und ist uice omnium. Autor fuit antiquitatis peritissimus, et proprietates terminorum artis egregie exposuit.

*Vil. Canterus*, uir Graece doctissimus, cum notis edidit Euripidem, qui est praestantissimus tragicus poeta. Grotius hat ihn bald ausuwendig gekunt, unde in hoc genere adeo excelluit, ut nemo succurrat, qui tam eleganti carmine tragico, quam ille, scripscerit. Hoc metri genere scripsit Christum patiensem, incredibili nitore confectionum. Nam Euripidem in eo felicissime expressit, et uires ac uirtutes eius nouo exemplo est assecutus. Idem Grotius optimas et selectissimas Euripidis sententias edidit, quas ipse animo et memoria complexus est, et epistolis subinde inscrivit.

*Iuuenalis* excelluit in satyrico scribendi genere, scriptor elegans et satyrae studiosissimus, in inuentionibus plane friger. Daniel Heinsius de Satyra scripsit eximum libellum, in quo satyrae uirtutes describit. Die Lateinische satyrici sint einfältige kerl gegen die Griechischen. Man findet beym Griechischen auf eine seite mehr, als im ganzen Iuuenali. Hic enim extrudebat suam satyram et suos uersus, contra Graeci fluebant singulari ratione, et sponte sequebantur.

*Tibullus* hat ein hubsch elegiacum, und rein geschrieben, doch mengt er zu viele garstige sachen mit

mit ein, aber Catullus ist eine erzfau und possentreiber, der uerkauft ganze plaustra obscoenorum, rerumque sordidissimarum. Absönderlich ist eine elegia drin, die so unflätig und arg gemacht, dass es der teufel nicht aerger machen koente. So hat auch der liederliche uogel, C. Schottus, die carmina pria-peia herausgegeben, uuelches ein hoellisches buch ist. Vnd mit solchen priapeischen carminibus ist Catullus angefullet, terfissimus scriptor. Allein, uuie kein ding unter der sonnen so schlimm ist, das man nicht einigermassen gebrauchen und zu seinem nutzen anuuenden koente, also dient auch Catullus darzu, dass man die uielten ritus der alten erlerne. Eundem praefat usum Tibullus, qui memorat lignum et lapidem undeum, ac Iouem adoratum, fuisse. Lapis enim solebat oleo iniungi et facer haberi. Deinde iurato et obtestatione quādam Ioui solebant formulam et fidem iurisirandi declarare. Lucianus aber moquirt sich damit und sagt, Man gienge immer dahin, und schuuaeere drauf, und betruge den guten Jupiter.

Pomponius Mela sec. I post C. N. uixit, et Geographiam elegantissime Latinissimeque scripsit. Vofsius in eum commentatus est, et notas edidit, in 4, et fatetur, eum scriptorem esse doctissimum.

Meursius, uir clariss. et immortale decus literaturae et antiquitatum Graecarum, quo uiro clariorem et maiorem non habemus in hac insigni literatura, a quo omnis eruditio Latina profecta est. Ille edidit multa egregia. Er uuar uoohl gereiset, und hat in aller uuekt bacher aufgesucht, und das beste rauengommen.

H. Grotius scripsit Mare liberum, et Io. Seldenus Mare clausum. Dieser kunte nicht uiel Latein. Denn uuelcher gelehrter sagt mare clausum. Mare clausura dicitur, quod clasibus tenetur. Itaque scribere

scribere debuisse mare non liberum. Hier stockert er also, doch bleibt er dennoch ein grosser mann.

*Homerus*, primus antiquissimus scriptor, hat ein grauiraeisches genus, ist aber doch ziemlich leicht, uuer nur die dialectos kann, und ueeis seinen genium linguae, und hat die modos loquendi inne, der kann ihn uwohl uerstehen. Die alten Patres, uenn sie Griechisch docirten, so lasen sie Homerum. Inepte id iam imitantur quidam scholarum moderatores, qui Graecam linguam ex eo docere instituunt. Neque enim id felici successu iam suscipiunt. Nam id erat olim inter eos, qui Graece loquebantur. Thucydides ist sehr schuuer, et altius surgit. Versteht einer die scholiasten nicht, so sol er ihn uwohl nicht leicht interpretiren. Er hat schuuere atticismos. Xenophon steigt noch hoher, und hat schoene figuren und schemata und ueerlauftige amplificationes. In den norigen seculis brachten sie die cothurnatos et calamistros uiedern auf und quaelten das Griechische, damit uuard es uerdorben. Also uuar das Lateinische, tempore Julii Caesaris et Augusti auch noch gut, allein nachdem es herunter kam, gieng alles ab und uerlohr seinen uigorem. Commendo hic Vbbonem Emmium, in Veteri Graecia. Historicus est, gener Fritius, ob egregium stylum, et Livio ubertate proximum, dictus Frisiae Liuius. Scriptit Historiam Frisiae.

*Braunius* scriptit de Pontificibus Hebraeorum, fuitque sacerdos in antiquitatibus Hebraeorum uersatissimus. Ex Palatinatu uenit in Belgium foederatum, ubi per aliquot annos commoratus. Aiunt, eum haec, quae edidit, ex MS. commentario Erpenii accepisse, ac deinde sibi uendicasse. Aliquod etiam plagi

gium ei obiectum est, quod ex aliena messe sibi decus circumfundere studuerit.

*Ptolemaeus Philadelphus* Graecam Mosaici Codicis interpretationem curavit, annis ante C. N. LXXII, ut Eusebius computauit, hortante Demetrio Phalereo, ciue Atheniensi, ac deinde, ob periculum capitatis ex urbe profugo, et Ptolemai amico. Quod consilium minime ab Hebraeo Pontifice et senatu sacro datum, multo minus probarum est, cum maxime utrisque hoc institutum displiceret, et publice indictio ieiunio auersarentur. Alexandrini autem hanc interpretationem cupiebant, quippe qui familiari Graecorum sermone utebantur. Vid. Iosephus, Tertullianus, Eusebius, Epiphanius. In quorum ultimo inest mendum, quando XVII Ptolemai anno hanc septuaginta uiralem interpretationem ad finem perductam esse, putat. Septimo legit Scaliger, qui tamen quandoque a se ipso dissentit, quando alibi affirmat, septuaginta uiralem interpretationem non auctore Philadelpho esse concinnatam. Neque sub Ptolemaeo Physcone alia quaedam uersio prodiit, ut putauit Iac. Vfferius, doctissimus Angliae et Scotiae vir. Etsi autem, ante Philadelphum et Alexandri M. expeditionem, quaedam hifforiae portiones in linguam Graecam traductae sunt, tamen integrum Mosis uolumen, auspicio Philadelphi, et opera studioque LXX interpretum, primo est conuersum. Reliqui diuinioris Codicis libri deinde conuerti coeperunt, cum Philadelphi successores regnarent. Vid. Huertius Demonstr. Euang. propos. IIII et XI, Fraissenius, et scriptores alii. Sed quaero, qua auctoritate, quoque argumento et documento, id affirmet Vfferius? Hieronymus, qui omnes versiones exploratas habuit, et de iis quoque iudicium tulit, sec. IIII et V nihil meminit huius uerionis, memoraturus, si extisset. VVeil demnach Origenes und Hiero-

Hieronymus sich als philologi um alle uersiones bekummert, und gleichhuohl keiner uersion eruehnet, commentum stultissimorum hominum, censeo. Miror autem summum uirum, Iac. Vfferium, Episcopum celeberrimum, in hanc opinionem uenisse, ut secundam uersionem affirmarit. Ego enim non aliam, quam hanc LXX uiralem extitisse, affirmo, et habeo consentientes clariss. viros, praecipue Valesum. Locutus sum cum uiris clariss. in Belgio, qui hanc LXX uiralem uersionem illustrem celebrarunt. Vnd geuuiss, es ist eine trefliche uersion, und mit guten Griechisch abgefasset und exprimit, allein man muss sie doch nicht mit Vossio pro authentica halten, quae autoritas Hebraico debetur idiomati. Dem. Phalereus, summus rhetor, suo tempore apud Athenienses, qui commentatus est ac scripsit de Elocutione, ex quo libro Cicero eloquentiam didicit, hat mit an der Griechischen uersion gearbeitet. Phalerei libri de Elocutione editi sunt in Anglia, Gallia, et a Io. Caselio, Academiae Iuliae summo quondam ornamento. Alexandrini Iudei maxime delectati sunt LXX uirali hac interpretatione, et postea praelegendam curarunt in suis Synagogis, quod autoritate historiae ac monumentis docere possumus. Alexandriae enim erant commercia Iudeorum, Graecorum, Saracenum, hinc Rex Aegypti, studiosus commodi, uolebat, ut Graecae literae partim, propter Graecos, partim, propter alias aduenas, excoletur, adeoque facer Codex in Graeca lingua legeretur. Sed Hierosolymitani maxime auersati sunt LXX uiralem interpretationem, ueriti, ne hac occasione multi Iudeorum ad sacra gentilium essent secessuri, quod et comprobauit euentus.

*Flavius Arianus* scripsit de expeditione Alexandri, et quidem lingua Attica. De hoc Ariano id notandum, quod quaedam Attice, quaedam Ionice, quaedam

ecus  
licis  
XII,  
ale-  
capi-  
quod  
natu-  
ma-  
lice  
tem  
umi-  
hus,  
ul-  
nno  
hem  
qui  
alibi  
non  
sub  
ut  
tiae  
ndri  
in  
rum  
stu-  
um-  
coe-  
Vid.  
I,  
au-  
fir-  
ex-  
lit,  
mo-  
and  
ero-

dam dialeto communi, scripserit. Attice scripsit libros de expeditione Alexandri, et quidem libros VII. Legit Arianus diligentissime summoque studio et industria Xenophontem, quem in succum et sanguinem redegit, et uerba eius in hac expeditione Alexandri M. expressit. Hinc eum Xenophontis simium uocare solent, sed minus recte. Nam simius dicitur, qui alterius mores per *κανογγιλίαν* imitatur. Arianus autem plus laudis trahit, quanto felicius Xenophontem expressit. Quare rectius eum doctissimum elegantissimumque Xenophontis historiae imitatorem dixerim.

*Valerius Flaccus* Fastos Capitolinos digestis, dispositis atque ordinauit. Fuit illustris Grammaticus h. e., ut hodie loquimur, philologus, et in literarum studiis uersatissimus, quem Suetonius Tranquillus, in libro de Illustribus Grammaticis prodito, singulariter laudat, et eius operam studiumque in digestis dispositisque Fastis Capitolini maximopere commendat, quos postea Pighius, eruditus Belga, edidit. Nuper aliquis in Gallia uir clarissimus, Pagi, etiam scripsit librum Epocharum consularium, atque his Fastis Capitolini maxime usus est. Fasti Siculi sunt corrupti et mendoſi. Nam in Sicilia, uel magna Graecia, ut olim uocabatur, sunt congesti et dispositi, atque ordinati, habent autem quaedam menda. Credo ego, in Diodori Siculi manus incidisse Fastos hos Siculos deprauatos, atque adeo mendoſam dispositiōnem et ſcriptionem eum decepisse. VVenn etuas abgeschrieben uuird, so ists dem original schon nicht mehr aehnlich und ſelten accurat. So kanns auch uochl feyn, dass die Fasti uon einem unuerstaendigen abgeschrieben, der es an uielten orten uerſehen. VVie nun die Fasti Siculi nach den Capitolini abgeopeyt, so find sie in Sicilien gaenge und in gebräuch geueuen, atque hac occaſione Diod. Siculi  
manus

manus inciderunt, eumque deceperunt. Itaque hac occasione lapsus est, partim, quia incidit in Fastos de-prauatos, partim, quia libri, ubi Consules componit cum Archontibus maximam partem sint mutilati et deperditi. Tabularum Censoriarum autoritas quoque insignis est, quas memorat Liuius, scriptor optimus, et magna dicendi ubertate praeditus.

*Dionysius Halicarnassus* magnam operam attulit ad scribendos Fastos Consulares, et Fastos Capitolinos inspexit, sed hanc iniuriam temporum expertus, quod ex eius libris pauci supersint. Libri illi, in quibus tractare uoluit de Consalibus, iniuria temporum sunt intercepti. Ergo haec iactura dolenda est propter Epochas Consulum. Er uaar Professor zu Rom. Die uornehmen Roemer ließen ihre kinder bey ihm in Graecis informiren.

*Dio Cassius* uir fuit consularis, et dignitate senatoria praeditus, magno iudicio et industria scripsit historiam, magnis uoluminiibus comprehensam, et ab origine urbis historiam pertexuit, usque ad sec. IIII post C. N., quo uixit. Ille quoque historiam suam per Consules digessit, et scripsit libros XXC, sed ex iis pauci iam supersunt. Xylander, ein mann uon grossem iudicio, eum edidit. Haec iactura me maximopere afficit. Des Diōd. Siculi schaden kan man ex aliis uuieder ersetzen, ut et Dion. Halicarnassensis, sed Dion. Cassii iactura non resarciri potest. Xiphilinus huius Dionis Cassii epitomen fecit. Ist einer uon den besten politicis und hat hubsch Griechisch geschrieben. VVeil uuir nun so uiel uerloren, so müssen uuir auf die Fastos gehen, die Pighius edirt. Cassiodorus quoque historiam suam breuiter et summatim scriptam digessit, et dispositus per Fastos Consulares. Eo utor, tanquam supplemento quodam et summatio eorum, quae in Diod. Siculo amissa sunt.

psit  
VII.  
et  
gui-  
Ale-  
ium  
tur,  
nus  
con-  
ele-  
rem  
  
po-  
icus  
rum  
, in  
riter  
spo-  
dat,  
uper  
ipsit  
astis  
cor-  
ecia,  
tque  
redo  
s Si-  
tatio-  
uwas  
nicht  
auch  
igen  
hen.  
ab-  
ge-  
icili  
anus

*Io. Bodinus* per facetum sermonem ab Elisabetha, Angiae Regina, uocatus est Andius sine bono. Fuit uir doctus, et uariarum rerum peritus, sed nimium sibi indulget.

*Phil. Cluverus*, optimus scriptor, magnum uolumen de Germania antiqua scripsit, qui liber non sprenendus est, sed hoc dolendum, quod saepe sine monumentis, uel momentis, non recte explicatis, loquatur.

Vulgo dicunt, *Augustus* heisse ein mehrer des reichs, sic quoque in diplomat. reddiderunt. Sed Germani, quando Latinam uocem Augustus uertunt per amplificatorem imperii absurde id faciunt. Augustus enim est uerbum sacri ordinis, et significat σεβαστὸν, sanctum, seu uenerabilem, opinione cultuque, atque augere denotat sacrum facere, quoniam sacra potestas aliquid sanctum est, hinc σεβαστὸς, Augustus, uenerabilis, σεβαστὸν ἐιναι, uenerabilem esse, quod haber diuinam aliquam uenerationem. Quam ob rem augere hic non significat amplificare aliquid, sed consecrare, sicutum facere. In Deutschland hat mans bis auf die zeiten Rudolphi Habsburgici Latino stylo in diplomatis gebraucht, hernach haben es die secretarii uertirt per amplificatorem imperii, uelches die posteritaet mit beybehalten, reuera aber heist es nicht ein mehrer des reichs.

*Genus* apud Latinos denotat idem, quod *species*, e. c., Cicero dicit, *Varronem omnia temporum genera perdidicisse*. Graecorum γένος est idem, quod *genus*, *progenies*, γένεσις significat generationem, γενεὰ significat generationum, aetatum, interualla, quod notandum est contra Georg. Hornium, qui hanc cum genesi confundit in Hist. eccles.

*Velleius Paternulus* scripsit, tempore Tiberii, historiam ualde elegantem, et ab origine inde rerum et mundi principiis ductam, quoad quidem ille retrospicere potuit. Vorn aber ist alles uerloren und sind auch

auch ganze hiatus in der mitten. Nullus historicus tot elogiis uti solet, quam Velleius Paterculus. Reperies enim, *uir excellens*, II, 92, 2, *uir in tantum laudandus, in quantum uirtus et eruditio intelligi possunt*, I, 9, 3. Das ist ein recht aufrichtiges elogium. VVenn es so kommt, so ists recht getroffen. Ciceronem uocat *uirum coelestis oris*, II, 64, 3. Eiusmodi genus dicendi ante Velleium nemo adhibuit. Nam, tempore Tiberii, in adulationem omnes ruebant, igitur stylus eo argutior et brevior adhiberi coepit, dass man so uielmehr uuoalte reconditos sensus haben. Qui scripserunt, tempore Neronis, post Tiberium, magis sectantur genus scribendi subtile, philosophicum et argutum. Nero ipse dicit, *stylum Senecae, quasi ex arena et calce factum sibi uideri*. Quare etiam dicimus, illum nihil, nisi sententias, scribere. Seneca fuit *uir sapientissimus*, et libri eius digni sunt lectu, propterea, quod omnes pleni sint moralibus, omniaque ad uitam et mores referant, immo, Seneca loquitur sententias morales. Darum halten *uir* auch uon seinem stylo nichts. VVas er schrieb, das brachte er zusammen ex autoribus Graecis et Latinis. In eo desideratur, quod non fuerit eo animo et sententia, quem quidem scriptis ostendit, doctrina plenis sententiis quidem egregius, sed opera minori. Beym Gellio steht, *sententia philosphus, sed ignava opera*, die theorie ist uwohl da, allein die praxis fehlt. Dum alios ad paupertatem hortabatur, ipse corrasis maximis diuitiis opulentissimus. Suggestit, ut aiunt, Neroni consilium, ut matrem occideret.

*Iustinianus*, legum Romanarum felix fortunatusque instaurator, ad conficienda iuris uolumina Tribonianum, Theophilum et Dorotheum, uiros et iuris scientia, et autoritate muneris, et meritis, insignes adhibuit. Constantinopoli celebre Sophiae templum

molitus est, et de rebus sacris optimas leges tulit, nec minus rempublicam legibus, quam armis, defendit. Illud autem uulgo confingunt, quod a literis plane alienus, et errori incorruptibilium deditus fuerit, nec miramur, scriptores, aulae Romanae addictiores, insectari subinde Iustinianum, quod Pontifices legibus in ordinem redegerit, et iura sacrorum titulo ciuilis imperii sibi vindicarit. Vnum ei uitio datur, quod Theodorae, infami mulieri et libidinosae, nimis obnoxius, permultum de autoritate et laude sua detraxerit, si omnia uera sunt, quae in Anecdotis narravit Procopius, scriptor illorum temporum, et ferme oculatus testis, et doctus pariter, et prudens, quem Nicolaus Alemannus Romae emisit, et postea Helmstadii Ioannes Eichelius, ICtus peritus satis, in 4. Nec fuit admodum addictus Professoribus, nec studia literarum promouit. Disputant eruditii de *Iustiniano*, fuerint literatus? Dicunt, ipse Suidas, eum fuisse analphabetum, scribit, quod non concedimus. Nam non plane fuit expers literarum, sed opus hoc magnum non confecit, sed uiros clariss. adhibuit, Tribonianus autem multa perdidit et uitiauit. Vnde illi errores Grammatici in iure dicuntur Tribonianismi.

P. Martyr, als er zu Florenz studirte, und die moenche sahen, dass ein herrlich ingenium bey ihm uuar, so uberrederen sie ihn zum klosterleben, uuelches sonst die Jesuiten sehr im gebrauch haben, und dadurch die besten ingenia an sich ziehen. Hiermit uuar sein uater so ubel zufrieden, dass er bey seinem tote alles unter die armen uertheilte, und dem sohne von seinen gutern nichts zukommen ließ. Unter dessen studirte Martyr fleissig, und las Erasmi schriften zum oestern. Veit er nun allbereit vor diesem von seinem uater uernommen, uwie sich schon Dantes Aligerius, Petrarcha und Sauanarola, uuelcher letztere

zu

zu Florenz uerbrannt uuorden, sich dem Pabste in einigen dingen uuiedersetzt, auch selbsten sahe uuie die moenche so ubel haushielten, so ließ ers sich sehr uuohl gefallen, dass sie Erasmus uuacker durch die hechel zog, und beschloss endlich nach Deutschland durchzugehen, machte sich also mit etlichen seinen bekannten uon Padua ueeg, uuoselbsten er damahls studirte, und kam nach Zurch, alluuo er Bulengerum und Bezan selbsten sprach, und dannenhero ihre sententias desto eher annahm. Den Platonem hat er fleissig gelesen, et ex eo uocabulum  $\sigma\omega\varphi\pi\omega\epsilon\pi$ , ad Rom. XII, 3, explicauit, quod sit se nosse, et cum ratione facere. Sed in Latinitatis proprietate hactenauit, nominatim in uocabulo nubendi, quod de B. uirgine, Maria, perperam usurpauit in libro, de Votis et coelibatu, p. 31, edit. Basil., in 8. Cum hoc uocabulum non tantum pactionem connubii, sed concubitum simul, significet. Vid. Blountius, Sleidanus, Thuanus, et P. Freherus. Nec tamen Blountius distinxit Orationem Simleri, de Vita eius habitam, et uitam ipsam Commentario eius in Genetin praeфиксam. Ille Thomas Smithaeus libellum scripsit, de Recta et emendata pronuntiatione linguae Anglicae. Vid. Koenigii Bibliotheca. Disceptatio cum hoc Smithaeo de uocabulo retractationis, quod Smithaeus exposuit de palinodia, sive ut loquuntur, recantatione, usu tam inclinatae Latinitatis.

*Polybii* est optima editio Isaaci Casauboni, quam nuper in forma octaui ordinis instaurauit Iacobus Gronouius, Ioannis Friderici filius, Graece doctissimus, et multa in patris MSS. et Isaaci Voissii schedis, ut ipse B. Z. Windsorii dixit, nactus, et nouandi cupidus, et Blanchardo Graeuioque inuisus. De Casauboni Polybio ceteroquin bene meritus, et si sumprus editionis formae maioris Belgae, lucri audiores, refugiebant, Hackiorum certe Graecae editiones non

castigatae sunt et uitiosae, quod eorum Hippocrates docet, plane mendoſus.

*Ioannes Rhodius*, Danus, medicus literis eruditus, et antiquitatis peritia praestans, membranas ueteres peruolutauit diligenter, et Bibliothecas inspexit cum cura, multaque contulit et correxit, opuscula perfecit selecta, in primis de *Acia*, de *Ponderibus et Mensuris*. Conscriptis Vitam *Celsi*, et notas more suo pereruditas in *Scribonium Largum*. A. 1610 LX, Patauui deceſſit. De *Acia* secundis curis ed. Hafniae, 1672, 4. Addita est *Dissertatio notis philologicis referata et docta*, curauit Th. Bartholinus. Edidit quoque Lipsii de *Re nummaria* opus posthumum, Patauui, 1648, 8. Franciscus Hotomannus etiam de *Re nummaria populi Rom.* scripsit de *Aſſe*, *Ponderibus et Mensuris*, prod. Genuae, 1591, 8, Alciatus quoque de *Ponderibus et Mensuris* edidit librum *Hagenoae*, 1530, 8.

*Petronius Arbiter*, eques Romanus, Neronis amicus, ingenio eleganti, uita moribusque obſcoenis, de Neroniani temporis eloquentia ſic deflexit, ut Petroniana dictio corrupta et interpolata nouis et inquinatis uocibus mihi uideatur. Oratio uincta melior, certe amoenior, eft, quam proſa. Nouifime Roterdami prodiit *Satyricon*, cum Fragmentis, Belgardia repertis, et in integrum reſtitutis, 1679. Nec omitendum eft Fragmentum ex antiquo Codice Traguriensi deſcriptum et Amſtelodami, 1670, editum. Vero autori huius nominis, ut eruditii exiſtiant, vindicandum.

*Lambecius* hat erſtlich zu Hamburg in Gymnasio frequentiret, nachdem aber fein uetter Holſtenius zu Hamburg uollen Rector uerden, und ſolches nicht erlangen koennen, iſt er hernach aus uerdrufſ

nach

nach Franckreich gangen, und daselbst die Catholische religion angenommen, rufer auch den Lambecium aus dem Gymnasio von Hamburg ueeg, und raeth ihm auf keine Deutsche, sondern eine Hollaendische, Vniuersitaet zu gehen, nehmlich nach Leyden, uuelches er auch gethan. Nachmals ist er von dar ueeggegangen, und unterschiedene Franzoesische Vniuersitaeten besucht, mit vielen vornehmen und gelirten leuten bekannt uuorden, sich aber von den Iesuiten zu der Catholischen religion verleiten lassen, doch hat er solches geheim gehalten, und, als er endlich uiieder zu haufe nach Hamburg kommen, sich, als uuaere er der Euangelischen noch zugethan, gestellet, auch daselbst Professor am Gymnasio uuorden. Hierauf laesset er sich in eine heyrath ein mit einer zuuar etuuas alten, doch zum uuenigsten bis 40000 thaler im uermoegen habenden frauenzimmer, hoffende, sie uuerde ihm uuacker geld zu buchern hergeben. Allein sie gab ihm nicht allein kein geld in die haende, sondern hielt ihn auch im essen und trincken so schlecht, und sparsam, dass er allemal, wenn er uuas rechtes essen uuolte, in die garkuche schicken muste. Hierdurch kam er nicht allein bey andern leuten, sondern auch bey seinen auditoribus, den Gymnasiasten, in solche verachtung, dass sich auch von diesen einer unterstanden, ihn auf oeffentlicher gasse beym kopf zu nehmen, und da herum zu zaufen. De Lambecii ingenio et dotibus uid. Epistola Conringii ad Capellum, ubi scribit, nullum inter Patres repertum iri, qui cum eo doctrinae laude sit comparandus. Hamburgenses non facile Viennae admisit, et leuem uulgaremque eorum eruditionem saepe in familiari sermone perstrinxit. Lambecio Viennae consuetudo cum uxore famuli Biblioth. obiicitur.

Vixit *Orichonius* priuatus in praedio Zurouzzensi studiis deditus, et reipubl. causa in legendis Polonorum historiis sedulus. Primus Polonorum scriptor Kadlubki fuit, uixit seculo XII, et scripsit usque ad sec. XIII *Vincentius Cadlubcus* in *Compendio rerum Polonicarum*, sed quem annotasse potius res Polonorum, quam descripsisse, indicat *Io. Herbatus Praef.* in *Chronicon suum*. Vid. *Becmani Historia orbis terrarum*, p. 676. *Vetustissimus Boiemorum scriptor Cosmus Pragensis* est. *Piascius de Origine Saratarum* etiam scripsit Hist. Polon., quae quasi universalis esse debet, breuiter tamen praescritim externa, recenset.

*Perizonius* hat uiel ausgeschrieben. *Schäfferus* ist der gelehrteste, der über den *Aelianum* commentirt. Post *Schefferum Kuhnus* ex eodem quaedam defusmpsit *Perizonius*. Die gelehrtesten critici pflegen *Calouii Biblia illustrata*, sive critica, ignorantiae asylum zu nennen. *Isaaci Vossii* noten ad *Pompon. Melam* sind ein sehr gelehrt buch, *Vossius* aber ist nicht allemahl accurat.

*G. I. Vossius* Rector Gymnasi Amstelodamensis fuit, criticus insignis, minus felix orator. Scriptis de *Vitiis sermonis et glossematis Latinobarbaris libros quatuor*, edit. Francof. 1666, 4. Hic *Vossius* uice cotis fungetur, limae honos penes *Laur. Vallam* erit. Ille sine uitio recensuit uitia Latini sermonis, hic et uitare naeuos, et uiam munire ad elegantiam coepit. Quantum uero differant uerba, complexus est *Ansonius Popma*, nobilis Frisius, multa antiqua recitat, quae non licet effingere in orationibus. *Iosephus Scaliger*, cum *Vossii Institutiones oratorias* legisset, ingenue professus est, se ab hac lectione doctiorem evasisse, nec e ueteribus ipsis quendam extare, qui in eo argumento

gumento Vossio palmam praeripiavit. Casaubonus etiam, nihil eius Rheticis esse perfectius, nihil nitidius, dixit, singularem eruditionem, lectionem multiplicem, rectum iudicium, ubique lucere. Scioppius, ut diligentia his non inferior, ita acerbitate superior, fuit. Laudabilis eius mihi delectus, siue discrimen, modo a superstitione abfuisse et libidine rixandi. In Stradam aestus magis, quam ratio, eum concitauit. Iustinum fato ingenii magis, quam iudicio, ueneratus est, et unice aestimauit, damnans alios, qui non hunc aestimarent, atque solum imitarentur. In classico, quod inscripsit, facietatis multum, suavitatis parum, admirationis nihil. In hoc libro, quae de Carolo V scripsit, omnia de Ferdinandō II intelligenda sunt, ideoque sub Carolo V repraesentat Ferdinandum II. Cum delectare uoluit, obtrectauit, cum impellere animos, alienauit. Nemo ipso religionem magis ostentauit, nemo minus coluit. Fuit, ut quidam putant, non Italus, sed Germanus, ex oppido Magra in Palatinatu superiori oriundus, addictus primo sacris Reformatorum, deinde Catholicorum, rursus animum ad Reformatos adiunxit, ea de re ad Batauos transire uoluit, sed non receptus est. Stylus illius non acerbitate modo, sed sanguine, tinctus erat. Crux erat omnium Grammaticorum, non parcens Vossio, Heintzio, Scaligero, qui plus in pectore, quam lingua, habuit, Epistolaeque non propter stylum, sed res, legendae. Acerbissimus Lutheranorum fuit hostis. Grammatica eius philosophica laudari meretur.

Quod Scioppio *Iustinus*, id iam dudum Paulo Muretio, Aldi filio, M. T. Cicero fuit. Recte dubitat Muretus, utrum plus Ciceroni, an Cicero ipsi, debat. Ita laudat utrumque Muretus, et imitatur. Iuuensis Senecam Manutius, senex Ciceronem, amplexus est. In Cicerone ductu Bunelli, uiri in melioribus

ribus literis exercitatiissimi; usus. Bunellus enim praecceptor erat Manutii.

Nero, qui Senecae dictioñem arenam sine calce esse, dixit, bene pronuntiauit. Nam oratio dissoluta, intercisa, fluctuans sine numeris, et nihil minus, quam oratoria, est, ut adeo expellendi sint, qui filum illud sectantes, uideti oratores uolunt. Seneca propter res et insignia morum legendus est, non propter stylum, qui quandoque ex cincere et calce uidetur conflatus, iuxta Neronis, discipuli, effatum, hoc est, minus aequalis est. Petrus Bembus, patricius Venetus, postea Purpuratus Romanus factus, arte et stylo Ciceroni in tantum similis, ut nemo posset esse magis. Ceteri, dum imitantur Ciceronem, addunt de suo. Hic solus Ciceronem ea facie reddidit, qua fuit. Scriptit historiam Venetam ita Ciceroniano stylo, ut ipse Cicero uix aliter reddidisset. Verum non est aptus ad historiam Ciceronianus stylus. Concisus enim illud genus imitari haud potuit. Non autem idem dicendi genus extat apud Ciceronem. In plerisque orationibus summum dicendi genus, uulgo Asiaticum, admisit, alio loco medium expressit, in Partitionibus oratoriis tenue illud uoluit sectari. Praeclare hoc C. S. Curioni obseruatum est. Summum dicendi genus quasi surgit et se effert. Hoc adhibuit rarissime Buchnerus noster, in illo tamen Panegyrico, L. B. a Frisen, Cancellario, habito extat. Ciceroni iungatur Daniel Barbarus, nobilis Venetus, Hermolai filius, quorum ille Ciceroni, hic Aristoteli, lucem attulit. Scriptit Commentarium in Rhetoricam Aristotelis tam doctum, ut praeferri possit Vossio.

Plinius Iunior non sequi, sed aemulari, Ciceronem studuit, acumine quoque superauit. Nemo felicius repreaesentauit, quam Puteanus, Lipsius affectauit magis,

magis, quam perfecit. Puteanus non in Epistolis, sed in Historia Insubrica, exprimendus est. Eius lectione motus Italus quidam, dixit, Puteanum perfectissimam historiam Germanicam scribere potuisse.

*Salustio* prima concisi sermonis gloria debetur, cuius maior in acuminibus grauitas, Plinii contra maior facilitas, eluxit. Ratio imitandi quoque diversa, quia illa acrior et multo admirabilior in nexus, hic levior iuxtaque solutior fuit. Masenius exercitatus in hac re olim Herbipoli, nunc Coloniae Agrippinae, Professor theol., Laconicum dicendi genus non probat, quod non floruerit aevo Ciceronis, uerum ineptiae. Efferebat se medio Ciceronis aevo princeps Laconici styli, Salustius, cuius ne uerbum quidem improbare potuit Cicero, nec paria facere quoad historiam. Ut igitur Cicero diffulsi, sic concisi dicendi generis princeps Salustius fuit. Salustius grauissimus historicus et sublimior paullo Nepote, ut de eo dubitari possit, an propter stylum iuuentuti commendari debeat. Salustius grande exposcit argumentum, Plinius qualicunque contentus est. In stylo itaque Laconico imitandus est Salustius et Plinius iunior.

In Petronii Arbitri stylo nihil desideramus, plurimum contra in styli arguento, ibi purissimus, hic sane impurissimus, est. Sine uitio assurgit, sine tumore definit. Artificium in incipiendo, coantuando et finiendo, idem. Nerui, aculei, nunquam dissimiles sui. In acumine maiestas, in maiestate acumen, in utroque ornatus et cultus maximus. De hoc Arbitro Tacitus, quod sit elegantiarum arbiter. Lipsius eius stylum purissimam impuritatem uocat, ob res nempe impuras. Nimis enim ad res profanas arbit, nec pieratis satis memor, propter pessima quaedam. Vid. Lipsius in libri IIII, epist. II. Barcius eum imitari uoluit in Argenide, sed affectatus nimis

nimis est stylus et poetica multa admiscet. Breuiter, Salustius diuinus, Petronius Arbitr<sup>o</sup> admirabilis, Plinius facilis.

*Tacitus*, ut pressus, sic argutus, est, et dignus, a quo discant, qui uitae, aulis, principumque confessibus, consilia destinant et sermones. Is linguam expoliet, animum maxime. Pro uerbis neruos et momenta suppeditabit. Aliquando tamen breuitas ista in asperitatem abit, sed haec eo minus sentitur, quo magis conditur ciuilibus rebus. Imitatio minus expedita, et forte naturae potius, quam artis, lege continetur. Baudio in Oratione ad studiosos tumultuantes p. 586 dicitur, Prudentissimus annalium conditor, et aulicarum artium uaferrimus indagator. Tacitus prudentia et iudicio supra omnes excellens, difficilis eamen, et qui a paucis recte intelligitur, adeo, ut stultissimi dicendi sint, qui ex uersione Tacitum se posse intelligere, praesumant. Inter uersiones Hispana optima. Tacitus illustratus a peregrinantibus magni habetur, sed reuera notae nullius momenti. Nec meliores sunt ineptissimae nouae cogitationes in scriptorem hunc Ludouici Aurelianensis, (de Orleans) Paris, 1622, f., et Hannibalis Scoti Placentini notae aulicae et politicae, Francof., 1592, f., appositae, quas plumbeas uocauit Lipsius, cuius notae alias in hunc scriptorem optimae sunt, sed cum de coniecturis suis nimis sibi gratulatur, inuentus est Freherus, sub Pompeii Lampugnani persona latens, qui eas ex ficto Codice Mirandulano repelleret, ed. Bergomi, 1602, 8, quamuis postea Lipsius eidem Dispunctionem Cod. Mirandulani opposuit. Editio alias Parisina optima cum notis uariorum, 1608, f., ut et clariss. Matth. Berneggeri, in 8, hodie autem sine dubio Gronouiana, quae prodiit Amstelodami, 1673, et 1685, 8, II volum. Tacitum et Florum nostro aeuo imitari Boeclerus uoluit. Vid. Dissertat. eius ad Florum

rum primum in 4, post, in 8, editas. Tacitus autem plus indicat, quam scribit, uel uerbis exprimit. Inter omnia eius scripta nitidissime elaborata praestantius atque elegantius est Vita Agricolae. Non commendando Tacitum, quia interdum poetica admisceret, estque nimis asper, sed illius asperitas propter res non obteruatur.



I Stylus imago ingenii, ingenium hominis. Cuius noscendi iudicia multa, at non semper expedita. Communis ratio styli distinguendi in humilem, qui est epistolarum familiarium, mediocrem, qui historiarum, grandem, qui oratorum. Multi etiam doctissimi viri Latine loqui nesciebant, uel ex tempore loqui nolebant, ne forte masculam illam conquinarent elocutionem, e. c., Salmasius, Thuanus, Dietericus Giessae, Buchnerus, alii, torius Europae celebratissimi, sed homines parum loquaces.

II Stylum Ciceronianum uulgo iudicant ex Manutio et Nizolio. Ille uariarum locutionum phrasiumque catalogum, hic iustum dictiōnum Ciceronianarum ordinem, exhibet. In scholis nihil familiarius Vlnero est. Nihil certe proprius Ciceroni. Manutius miscet. Timpus turbat. Decimator non distinguit. Caluisio nec minimus delectus est, ut prorsus ineptiant, qui stylum ex huiusmodi commentariis adoruant. Phraseologias (die frazenbucher) intelligo. Reprehendo etiam, si talis phraseologiarum usus est.

III Mea sententia Cicero ex Cicerone aestimandus est. Primo dictiones, deinde dictiōnum compositiones, postremo numerus obseruandus, atque huc spectabit, ut Demosthenes euoluatur, siue, quod excellat inter oratores Graecos, siue quod imitatione ad eum Cicero accesserit proxime. Quod adeo uerum est, ut ex Thucydidis Xenophontisque reprehensione laudem parare Demostheni sit conatus. Nemo Demostheni similior, quam Cicero, nemo Ciceroni

pre-

iter,  
ilis,  
s, a  
effi-  
ex-  
mo-  
ista  
quo  
ex-  
con-  
han-  
itor,  
citus  
ciliis  
, ut  
n se  
pana  
agni  
Nec  
in  
ans)  
otae  
tae,  
s in  
etu-  
rus,  
s ex  
omi,  
nem  
a o-  
ariss.  
ubio  
, et  
neuo  
Flo-  
rum

propior, quam Demosthenes. Cicero styli historici minorem curam habuit, quod putet Thucydidem minus conuenire oratori. Nobis contra Thucyrides laudandus maxime est, quod nullum in eo uerbum frustra positum, et plenissime rerum ciuilium momenta in eo reddantur. Cui Cicero non magnus, nihil magnum.

III Sed uideamus de generibus styli. Retineamus mediocre in praesens, et epistolis uindicemus. Humile familiaribus relinquamus. Illud omnium optime expressit Cicero, a quo primordia styli epistolici capienda, neque tamen huic defuit. Adeo Cicero omnia impleuit, quantum ad epistolicum argumentum. Hinc Plinius legendus, sed tum demum, cum formatus dictionis habitus est. Stylus epistolaris nunquam debet esse grandis, sed uel humilis, uel mediocris. Optime Ciceronem reddiderunt Sadoleetus, Longolius. Idem Sadoleetus Plinianus Cicero dicitur, Ciceronianus Plinius dici meretur. Et Iulius Caesar Scaliger, pater, de quo filius testatur, se hoc tantum egisse, ut redderet Ciceronem. Barclaium in Epistolis imitandum nulli suadeo. Nemo enim magis discedit a stylo epistolari, quam ille, respectu tamen momentorum ciuilium optimus. Nec Lipsius imitandus, cuius stylus asper, inaequalis et tumidus. Ex recentioribus commendo I. C. Scaligeri Epistolas, in 12.

V In stylo epistolico numerus aequalis, periodi breuiores, uerba minus conquisita, et si recte dicam, uulgaria, sed non uulgariter disponenda, adhibeantur. Exemplo sunt numeri Tulliani ad Atticum, quibus nulli suauiores, nulli molliores. His proximi illi Plinii iunioris, sed paullo acutioribus nervis praediti.

### CURIOSA



## C V R I O S A

Quaeritur, *Vbi Adam sepultus sit?* Aliqui in monte Caluaria non admodum distante ab urbe Hierosolymorum compositum sepultumque affirmant. Alii in urbe Hebron ossa ipsius condita atque reliquias exuuiasque repositas, putant. Vtrique coniecturis nituntur. Cum his Abulensis facit, illos Torniellus et Peirerius sequuntur. Vtrorumque rationes audiuisse, iuuat. Qui Haebrone putant, dilectam eam ob causam Hebronem Hierosolymorum Regibus fuisse, dicunt. Alii eam ob causam regni sedem constitutam Hierosolymam a Melchisedecho, Rege, esse, ut primi parentis et conditoris humani generis ossa secum haberet, quae in Caluariae monte condita putaret. Nos tuius ea de re pronuntiamus, nullo apice in sacris literis hac de re determinatum quid esse, neque de Adami, neque de Euae, sepulchro. Et uero simile est, Mosen, historicum Dei, praemeditato consilio, de industria et Dei consilio nullam huius rei mentionem fecisse, ne homines ad idolatriam et impium cultum abriperentur, quia in more antiquis positum erat, ut heros et dignitate conspicuos viros diuino cultu et *πνοθεωσι* honorarent.

Quaeritur, *An homines ante diluuium uinum biberint?* Respondeatur, id uero simile non est, maxime ubi salubriores erant aquae, et substantia earum immutata non sit, sed particulae saltem in deterius abierint. Non tamen exinde sequitur, uites uineasque ante diluuium nullas fuisse, sed certum et pro comperto habemus, homines ante diluuium uvas comedisse, sed succum non expressisse, neque artem conficiendi uinum, ut nunc est, calluisse. Maxime, ubi disertis uerbis Codex sacer nos admonet, Noachum primum uineas plantasse. Hinc et a profanis quibusdam, praeter Iani titulum, Bacchus appelleretur.

Verum

Verum est, cibum simplicem, modo boni succi sit, multo salubriorem esse, quam mixtum et uario carnium genere conditum. Politici tria S obseruanda esse dicunt in ualetudine, *Cibum simplicem, sanum, et sapientiam Stoicam.*

Quaeeritur, *Quinam in Indiam penetrarint?* Respondetur; Ego puto, homines quosdam a Semo prognotos, immo, et a Chamo oriundos, et a Iapheto genus ducentes, in Indiam penetrasse, quorum hi tamen in Indiam occidentalem, siue Americam, migrauerint, Semitae uero et Chamitae Indiam impleuerint orientalem, quippe quod diuisioni, a Noacho inter filios factae, magis conuenit.

Oritur inde alia quaestio, *Quomodo in Americanam uenire potuerint?* Putant aliqui, per Groenlandiam Iapheti genus illuc penetrasse, et acriter hac de re disputant inter se Hornius, Lethus et Grotius, qui ipse in hac sententia est, sed merito discedere me puto ab eo, quandoquidem Groenlandia nimis remota et mari distincta sit ab Europa. Verius est per Asiam et fretum Aniam ipsos commigrasse, sed quomodo pecora ibi et animalia transferre potuerint, disquirunt inter se eruditii. Certum id est, nulla ibidem animalia a Deo creata esse, sed omnia in Palaestina esse procreata et a Deo producta. Puto, fretum istud angustum transasse pecora, aut alio quodam nauium genere traducta, quanquam id negari non debet, omnia animalia, quae in Europa inueniuntur, in America non reperiri, sed multa successu temporum ab Hispanis illata aduentaque esse. Christophorus Columbus, Italus, uir peritisimus, et in geographia practica in primis optime uersatus, A. 1500 CCCXCI Americam detexit. Cuius rei occasionem causamque cogitandae uentus ipsi ingens exortus dedit, et nauta quidam Hispanus natione, Biscalus, in sententia confirmauit, quanquam multis ludibriis eam ob

ob rem Columbus expositus fuerit, et insani mathematici nomen saepissime subierit, nihil minus Ferdinandus demum Catholicus classem sumptusque porrexit, quibus animi destinata perficeret Columbus, cui rei felicem exitum, et Europae Regibus insignem thesaurum, dedit.

Deinde quaeritur, *Quomodo in Indianam orientalem penetraverint?* Purant nonnulli per Americam, sed id fidem mihi non facit. Tuttius est assertere, per Archipelagum Indicum Chamitas colonias duxisse, maxime cum iam promontorium Africæ, seu Capo di buona speranza, ditione sua tenerent. Vicinae huic insulae sunt, quas transfretare potuerunt, donec Indiam attingerent. *Caput Bonae spei* inde nomen sortitum est, quod, cum Portugalli illuc uenissent, nauigaturi in Indiam, quasi superato et euitato omni periculo, alta uoce exclamarunt, *Bona spes, Bona spes!*



*Consules* siue a consilio, quod senatui afferant, nomen sortiti, siue, quod senatus sententiā perquirant, quod sane posterius uerum est, atque muneri Consulum ex aſſe conuenit. Vid. Dionys. Halicarnassensis IIII, 199. Graece dicuntur πρόσφοροι, σύμβολοι, cumque hodiernis Burgmaistris, qui uon Burg descendunt, adeoque non Burgermeister, sed Burgermeister, dicendum, non faciunt. Hi enim primum, regnantiibus Saxonum Imperatoribus, coeperunt. Vid. eo Lehmannus in Chronico Spirensi, quo non habetur liber eruditior, exceptis tamen duabus prioribus partibus, ceterae blandiuntur Episcopo. Burgum olim nihil aliud erat, quam curia, seu locus, muro cinctus. Consulum primi fuerunt Iunius Brutus et T. Collatinus, apud eundem et Liuium, editionis Gronouianae, I, 60. Conf. Florus I, 91, qui non est

N

EPITOME

*ESTITUS ASNS* Liuii, sed rerum Romanarum, (ipse enim in multis a Liuio dissidet, adeoque multa confundit) Fasti consulares et Chronologia Clariana. Consulum nomen titulumque deinceps Imperatores sumperunt, quam ob causam potissimum magistratus, potissimumque dignitas, consulatus appellari consuevit, ut ex Symmacho liquet, qui non propter stylum formandum, sed propter res et notitiam antiquitatis, est legendus. Scripsit, cum Sophistae scripserunt. Vocamus autem Sophistas viros illos rhetores, qui argue et brevibus periodis scripserunt. Floruerunt hi usque seculo X.

*Prima*, Romano stylo, est quidem, quod superior, secunda inferior. Pannoniam secundam, quae Hungaria nominari coepit seculo IX, tempore Arnulphi, occuparunt Hungari, pulsis Hunnis. Pannonia prima nunc fere iuris Pannonici est, Austriaque appellatur, dicitur et Marchia orientalis, quia Galliae est ad orientem, quasi Oestreich ab ostro. Sed, quare non dicitur ostri? Respondeatur, est res leuis momenti, usum sequi debemus. Ex Austria Ducatus factus est

A. C. D. CL VI.

*Asia*, quia medium inter Africam Europamque locum tenet, ubertate fructuum et soli fertilitate, aerisque clementia, ceteras orbis partes praefat. Hic natales primi hominis, primae belli pacisque artes, prima commercia, fuerunt, pariter et floruerunt. Diod. Siculus II, sqq. Herodorus primus profa oratione historiam composuit. Dicit hic libro IIII, unde Asia nomen habeat, se nescire, putatque a Nympha quadam Lybia. Κατ' Ἑρόδον dicitur Africa. Asiam quoque dici, putat, inde, quod limo abundet, sed haec deriuatio est talis, qualis oratorum, qui testamentum dicunt, quasi testationem mentis. Alii apud Phae-nissas, dicunt, huius uocis originem quaeri oportere. Sam. Bochartus ergo putat, dictum a medio, non inepte,

inepte, sed melius ab Asio regulo, de quo secus historiae tacent. Asia solet dipesi ratione montis et Mons ibi est aliquis amplissimus, Taurus, sive Carcasus, qui Asiae diuisionem tribuit, ut dicatur Asia uel intra Taurum, seu Septentrionalis, uel extra Taurum, seu meridionalis. Nimrodus, quod uocabulum cum non intelligerent gentes, uocabant eum Baal, Belum, id est, dominum, (perinde ac Turcarum Imperator modo in nouellis uocatur der grosse herr) in Asia primus bellum mouit, quod Scriptura testatur. Primum imperium fuit penes Assyrios. Assyrii, qui et Syri dicuntur Herodoto, a Strabone, quem If. Caſaubonus edidit, appellantur, Babylone ac Niniuae Regiam habuerunt. Vid. Diod. Siculus, et Augustinus de Ciuitate Dei. Germania cis-Rhenana, quae Ptolomaeo minor dicitur, Galliae nomine comprehenditur. Galliae, puta, Belgicae, quae nomini iure Teutonico innexa est, et Franco-Galliae finibus continetur. Hinc Moguntia, Argentoratum, Colonia, nunc Germaniae, nunc Galliae, urbes appellantur.

*Xylandri, Sylburgii,* indices praestant, ex quibus eruditionem suam plurimi hauriunt, praestat tamen fontes ipsos adire.

*Clemens Romanus*, uir Apostolicus, et Pauli ac Petri, Apostolorum, discipulus, in Epist. III, 3, ad Philipp., commemoratur. Hic et autoritate veterum, Irenaei, Eusebii, laudatur, et autor Epistolae maxime utilis, et ad aedificandum peridoneae, quae ad Corinthios inscripta est, nominatur, quam nouissime in Anglia edidit Colomesius, ante hunc Patrius Iunius, Regis Angliae Bibliothecae Praefectus. Doctrina aeuī Apostolici simplicitatem retulit, et characterem Paulinum quam proxime expressit, atque hoc modo a stylo Barnabae, allegoriis referta, se distinxit. Reliqua Liturgiarum, et *Ἄρχαγιστομῶν*, ac cognitionum, nomine uenditari solita, sunt recentiora, et autori

nostro supposita, et pro talibus habentur, iudicio Eusebii, Hieronymi et Athanasii. Epiphanius interpolata censet, fraude Ebionitarum. Ceterum Clemens sub finem seculi I scripsit, et A. cii, alii ciii numerant, deceffit.

*Pauli Epistola ad Laodicenses* est apocrypha. Non enim est scripta Graece, quae hodie extat, neque a Patribus admissa et probata legitur, sed immo, a Chrysostomo ac Theodoreto reicitur et improbatum. Neque uero ullo Scripturae indicio colligitur, Paulum scripsisse ad Laodicenses, quos alioquin salutandos curauit. Edita est Epistola a Sixto Senensi et Ioanne Mariana, Hispaniae Iesuita. Vtrisque fuit cauтор Baronius, qui eam pro uera non habet. Conf. Andreas Riuetus in Critico, et Contr. Horneius in Disputat. theologicis. Eiusdem notae est Epistolae lectio Pauli ad Corinth. dudum explosa. Quorsum uid. Horneius d. 1.

*Ditio*, non pro *regione*, sed pro *iure imperioque*, sumitur, quod non incurrit in oculos, sed animo consideratur. Sic recte dicitur, *in ditionem redigere*, sed non *in ditione commorari*. *In ditione enim esse*, est, alicuius imperio subiectum esse. Hinc non sine causa susceptra esse debet imitatio, sed etiam uocabulorum, usu Romano confirmatorum, significatio retinenda est, in qua re saepe errasse, uideas, scriptores nouos, utpote qui solent plures dictiones alter, quam Romani, adhibere, huiusmodi sunt, *praesumo*, *deputo*, *humilitas*, *persecutio*, et his similes, quamquam pleraque iam tum usu ecclesiastico receptae sunt, certe tamen in pura eloquentia ciuili non reperiuntur ea ratione, qua nunc adhibentur, in ecclesiastica tamen tolerari possunt, immo, propter mysteria debent, quo pacto et praesumendi uocabulum libertate, quae consistit in iure nouas notiones ex cogitandi, sustinetur. Hoc est quam maxime obser-

uan-

uandum, et nisi obseruetur, actum est de Latinitate.  
 Distinguendum igitur primo inter thema, siue originem Latinam, et inter deriuatum Latinum. Thema  
 habet originem semper Latinam, e. c., unu , ut  
 thema, est Latinum. Cicero enim unae literae di-  
 cit, item una epistola, una uoce atque animo et sensu,  
 quod barbare unanimiter solemus efferre, deriuatum  
 autem ab hoc, unio non est Latinum, unio animo-  
 rum nullius est pretii, pro quo Latinus dixeris, ani-  
 morum coniunctio. Cicero dicit alicubi, magna ani-  
 morum coniunctione discepratum est. Deinde di-  
 stinguendum inter uocabula, quae sunt Romana, et  
 quorum usus est Romanus, e. c., deputo apud Latini-  
 nos idem significat, quod numero computo, item etiam,  
 destino, sed non ea significatione, qua sumunt qui-  
 dam politici, e. c., hoc in lucro deputo, quod tecum  
 familiaritatem controxerim, recte dicitur cum Comico.  
 Sic etiam Cicero dicit, in partem lucri uenio, ego mihi  
 hanc rem deputo, item, deputare hanc rem sibi. Vulgo  
 autem dicunt, aliquem deputare, idem esse, ac delegare,  
 einen abschicken, sicut et Thuanus hoc sensu dicit,  
 is ab illo deputatus est, pro quo Latinus dicet dele-  
 gare. E. c., si Academia nostra mittat Dresden ad  
 Comitia, tunc non dico, est deputatus, sed delega-  
 tus, a senatu Academicu Dresden. Deinde vox prae-  
 sumo sumitur apud Ciceronem, ut idem denotet,  
 cogitatione aliquid occupare, siue, animo praecipere,  
 zuvorabssehen, vulgo autem sumitur pro eo, quod  
 conjectura assēquimur. Humilitas apud Ciceronem  
 non denotat ταπενοφγοσύνη, die demuth, et nunquam  
 in sensu morum, apud illum sumitur, sed de loco  
 physice, humili loco, humili parte, niedrig, ut, generis  
 humilitas, humili atque obscuru loco natus, uon gerin-  
 ger ankunft, uon einer ungeachteten art. Vid. Scho-  
 rus de Phras. linguae Lat. Theologis tamen relin-  
 quamus ita loqui, sed apud bonos Latinos hoc non

toleratur. *Persecutio* non denotat uerfolgung, sed eius,  
 quod quis habere intendit, consequendi, adipiscendi,  
 uel acquirendi, conatum. Sic dicit Cicero, *ego persecutionem iuris mei obtendo*. Apud scriptores tamen  
 ecclesiasticos sumitur pro eo, quatenus facultiae ex-  
 emplum statuitur in aliquem. Pro eo uero, ille ec-  
 clesiasticos persecutus est, dicet Ciceronianus, ille ec-  
 cleſ. multis modis afflixit. Vocabulum *passionis* est  
 barbarum. Philosophi quidem adhibent, ut et theo-  
 logi, et quidem in arduo negotio, ubi de redem-  
 ptione animarum agitur. Suadent etiam oratores  
 ciuiles, uocem hanc, licet origine barbaram, tamen  
 usu ecclesiastico receptam, ob dignitatem mysterii ad-  
 hibendam et retinendam esse, ita, ut uirgula note-  
 tur. Si tamen Latine uelis loqui, rectius dices *per-  
 pessio*. Sed diceret quis Logicus, si *perpessio* Latinum,  
 quidni et *passio*? Sic *impuritas* etiam pro Latino reci-  
 pitur, *puritas* neutiquam, quia est barbarum. Licer  
 autem haec retineantur, nesciri tamen non debent.  
 Hinc Purpuratus, P. Beimbis, pro passione, dicit *per-  
 pessio*. Hic intra quinque annos nihil, nisi Epistolas  
 Ciceronis, legit, neglectis ipsis Bibliis, illorum styli  
 simplicitatem suggillans, quasi scilicet uulgata uersio  
 esset textus authenticus. Huc quoque pertinet A.  
 Politianus. Nec melior fuit Thomas Bruno in Re-  
 lig. med. Sect. XX.

Ad quod institutum adiungi potest *Nizolius*, quem  
 nos quidem non laude sua fraudamus, merito tamen  
 dissentimus ab iis, qui ex eo solo comparare student  
 eloquentiam Ciceronianam, tametsi et hoc quaedam  
 continentur non Ciceriana, quae nihilo minus sunt  
 Latina, et argenteae aetatis scriptoribus usurpata,  
 cuiusmodi est uocabulum *fauorabilis*, quod sane apud  
 Velleium, qui est elegantissimus scriptor argenteae  
 aetatis, quemque Buchnerus commendauit summo-  
 pere, et eum plerumque imitatus est, atque elegan-  
 tissimas

tissimas ex eo despūnit particulas. Dicit enim Vel-  
leius, *Eius aduentum favorabilem fecit, eius praesentia  
favorabilis summo applausu accepta est.* Non valet hoc  
connexum. Nam *consequentia*, non est uocabulum bo-  
nae Latinitatis. Si quis ita uellet concludere, Est hoc  
non Ciceronianum, ergo nec Latinum. *Liber sacer-*  
*rimus* idem est, ac *diris obnoxius, das heilloße buch.*  
Sic Hulsemannus H. Grotii librum de Veritate reli-  
gionis librum sacerimum dixit, ut Lexicon Nizolii  
Barthius. Sed ego Thesaurum Nizolij ualde amo,  
et laude sua non fraudo. Dignus est liber, qui a  
quouis studio Latinae linguae possideatur, non ut  
eo solo eloquentiam addiscat, sed index sit Ciceronis.  
Sane absurdi essent, qui, sicut ex Lexicis aliis, sic  
etiam ex Nizolio, eloquentiam disci possunt, putant,  
quippe non omnia, quae in Lexicis reperiuntur, seu  
inueniuntur, sunt Latina. Nam et haec diriguntur ad  
scriptores sequiorum temporum. Sic, *actum est tecum,*  
barbare dicitur, *actum est de te, Latinus* dicet. Hoc non  
ex Nizolio disces, sed ex praeceptoris, qui Latinae lin-  
guae indolem nouit, monito. Sic, *non abs re dicam, idem*  
*est, ac contra te dieam, uulgo tamen accipitur, pro eo*  
*dicendum uero, non sine causa dicam.* Haec et talia uir*z*  
in antiquitate doctissimi, C. Barthius et Th. Reinesius,  
non obseruarunt, et hic sane stylo ualde uituit inae-  
quali, et formatis quasi pigmentis stylum incrustauit.  
*Cognita causa ita iudicatum est,* sprechen uir von  
rechtsuegen, recte et ex indole linguae Latinae  
dicitur. Cicero enim dicit, *cognoscere de aliqua re,*  
egregius uero Germanismus esset, dicere de iure.

Augustinus Valerius, Episcopus Veronenlis, et  
Purpuratus, scripsit Oratoriam ecclesiasticam, in 8.  
De Oratoria uero sacra non est sollicitus orator civilis.  
Illa enim, nempe das predigen, peculiare et separa-  
tum exigit studium, diuersamque rationem docendi,  
et nullus orator, qua talis, docere eam potest, quippe

qui tantum usum ciuilem attendit, et appareat diuersitas uel exinde, quod nullus orator, qua talis, ullum dictum debeat allegare, ab oratore uero ecclesiast. id requiritur, si quidem, recte officio fungi uelit, Orator enim ciuilis hiulcam et horridam reddit orationem. Deinde eo ipso peccant quidam, dum quidem non dicta aliorum, attamen ueterum philosophorum placita, allegant. Nulla allegatio, nulla testimoniī ratio, ualet, supersedeat his ipsis orator. Hinc peccant Panegyrici omnes, qui Genealogias exscribunt. Rhetoris munus est, ut praecepta tradat, et uiam ostendat, quomodo quis orator fieri possit, oratoris autem concionem habere ad populum, prodire in publicum. Docere est praecepta explicare, dicere, pro rostris stare, uerba facere, ciuilem concionem ad populum habere. Breuiter dicit Badius, Rhetor docet, Orator dicit. Iudex ex lege iudicat, non dicit. Legislator legem fert, non dicit. Orator dicit de rebus ad usum ciuilem, sive moribus, sive legibus constitutis. Vid. Rhetor. ad Herennium. Ostendit orator qualitatem rerum in genere iudiciali, iudex quantitatem considerat. Barbarus, p. 27. Barbarus hic fecit Rhetor. Aristotelis Ciceronianam. In republ. Graeca, quae nobilissima erat, nemo sine eloquentia uel honore, uel existimatione, floruit. Hinc Demosthenes, cum aliquem uideret non facundia imbutum, asinum dixit. Cicero dicit, duobus in republ. opus hominibus, bono imperatore, et bono oratore. Vid. Orat. pro Muraena. Mentionem autem facit oratoris, non ut loquatur de honestate, quae supponitur alias, sed de indole linguae.

*Commutatio uerborum Grammatica* diuersa est multum a Latina, e. c., Lobkouizius nuper altissimum in republ. obtinebat gradum, per commutationem, moderabatur omnia Caesaris consilia. Quidam dicunt, ad clanum reipubl. sedere, quod tamen Caesaris, aut

aut supremi magistratus, est, uerum, gradum altissimum  
in republ. tenere, ministri, est. Ita differunt Latina  
scribere et Latine. Prius enim cuiusuis est, etiam mo-  
nachorum imperitorum, posterius vero eruditorum  
et artis est. Commutationem uerborum et imitatio-  
nen compositionis aeuo Romano commonstrarunt  
Cicero, Quintilianus, inter recentiores Io. Franc.  
Picus, qui scripsit Dissertat., seu librum, de Imitatio-  
ne styli, Barthol. Riccius, in Germania primus de  
eodem argumento scriptum edidit, qui non sunt  
inelegantes, III, p. 34, col. 196, Io. Sturmius, Io.  
Sleidano merito laudatus, cuius liber inscribitur de  
Literarum ludis recte aperiendis, ed. Argentorati,  
1557, 8, in Hispania Ludou. Viues, in Belgio Eras-  
mus Roterodamus, et, qui primus ex Belgis Italianam  
illustrauit, Christoph. Longolius, qui, hortatu P. Bem-  
bi, exquisitissime imitatus est Ciceronem, ut fuerint,  
qui eum ob nimium imitationis Ciceronianae studium  
reprehenderint. Vid. Ant. Maioragius in Orat. XVI,  
de Modo proficiendi in eloquentia, sed merito ae-  
quius de eo iudicat Ant. Muretus in Orat. XVI et  
XIX, et Sadoletio Bemboque in deliciis fuisse, com-  
memorat.

Veri Latini scriptores sunt, qui uixerunt seculo  
augusto, hoc est, a Ciceronis tempore, usque ad  
aetatem Adriani, quam concludit Suetonius. Quic-  
quid ergo autorum intra id temporis spatium uixit,  
admittimus. Hic notandus Caspar Scioppius, qui  
dicit, Iustinum praestantissimum esse, quem imitari  
debeamus. Cum autem hic sec. II sit scriptor, seculu-  
m secundum pro primo Latino uenditat. Sed  
fallitur egregie, quod iudicio historico destituatur.  
Iustinum et nos admittimus, et, quod scripsit  
eleganter, concedimus, sed, talis est, non quod  
sec. II scriptor sit, sed, quod in compendium re-  
degerit Trogum Pompeium, qui in initio seculi I  
uixit.

uixit. Hinc Iustinus suffuratus ueluti laudem Tr. Pompeio, quod in compendium redegerit ipsum. Habemus ergo Ciceronem, Corn. Nepotem, Caesarem, Liuium, Velleium Paterculum, quoque ad Suetonium usque, qui Imperatori Adriano fuit a secretis. Inter sec. VI et VII corrupta est eloquentia. Nam sec. VI. desitum est prorsus Latine loqui. Sec. VII. conclamatum fuit. Ab IIIX, usque ad sec. XIII, durauit barbaries. Seculo igitur hoc linguam Latinam a Gothicis illis reliquiis purgauit Franc. Petrarcha, instaurator humanitatis, et literas, pene a Gothis sopitas, denuo ex puluere et tumulis excitauit. Scriptis de Remediis utriusque forunae opus historicum, libros IIII Rerum memorandarum. Primum a Voissio non est allegatum, neque de Republica optime administranda. Editus quoque ab eo de Officio et virtutibus Imperatoris liber, Bernae excusus, 1602, 12. Sec. XV. Georg. Trapezuntius, sec. XVI Io. Sturmius, Erasmus, Bembus, Sadoletus, cum Lutheru, religionem repugnante, eruditionem reuocarunt. In primis a Mediceis restituta sunt bonae literae, teste Mureto, Orat. XVI, T. II, p. m. 191, et id testantur quoque alii.

*In dictioribus barbaries cauenda est atque Soloecismus, illa, ne uoces peregrinae atque inuisitatae recipiantur, cuiusmodi sunt plurimae apud scriptores medii aei, quos non facile quis intelligat sine Glosario H. Spelmanni, ac sine Goldasti Barthiique commentarii. Vulgares enim sunt birretum, pro pileo, galero, stuffa, pro hypocasta, bannum, pro praescriptio-  
ne, passagium, pro transitu, scabinus, pro eo, qui iudicii causa affidet, hic, ne uitium in uocabulorum compositione admittatur, tales sunt cum scribitur, uenit hic, mane hic, pro, mane hic, ueni apud me, exi foras, iuuamibi, et his similes, quarum infinitas reperies in scriptis veterum monachorum, et saepe multumque deprehendes in libris infectorum Scholasticorum. Eo uid.*

uid. Sim. Verepaeus de Epistolis II, et Vorstius de Latinitate suspecta. Huc et pertinent Germanismi et Gallicisimi, quorum plures apud scriptores sequiores, et hi in primis apud Vilélmum Britonem, in quem commentatus est Barthius, extant.

H. Spelmanni liber ualde utilis, et in mediis aeuis uocabulis intelligendis legendus. Explicat enim iste liber uocabula bárbara, sed minus Latine. Sic *iudicium Dei* uocat ille *examen pro innocentia institutum*, e. c., si quis adulterii accusatus, et, pro more istius temporis, innocentiam probasset, diceret, *demonstrabo innocentiam meam*, uti Cicero. Ceteroquin Lautembergius quoque antiquarium scripsit Lugd., 1622, 4, ed., qui tamen mediis aeuis uocabula non habet, et solum ad criticam et antiquitatem, siue ad notitiam uocabulorum sequioris aeuii Latinitatis Romanae, facit. Is, qui historiae operam nauat, fere dediscet Latinitatem his scriptoribus legendis. Miki sane difficile esset, aequalem semper seruare stylum, nisi in adolescentia huic studio diligentius incubuisse. Nam scriptores et historici a Carolo M. praece scribunt, ut adeo mirum non sit, quod a uiris, alioquin doctissimis, uapulet Priscianus. Oporteret quemque recte tenere, ut, styli Ciceronis formam cum addiscere satagit, uerba non obliuiscatur, e. c., uulgo solent dicere, *quid mecum, quid tecum, fiet, unie uirid es ablaufen?* *Quid mecum agetur, pro eo, quid de me fiet, item, ille stat apud partes meis, pro stat a paribus meis.* Sic quoque dicunt, ex mente eius, iuxta Aristotelem, id est uerum, sed dicendum, ex sententia Aristotelis ita statuendum est. Sic, in hoc passu illud concedi potest, dicunt, pro, in hac parte, in hoc punc<sup>to</sup>, controuersiae. Hae tales formulae sunt repetendae ex Ciceronis Epistolis. In scholis triuialibus non recte procedunt, dum Ciceronis docent epistolas. Scio quasdam Academias et Gymnasias, (sic enim memini) Ebelium in meta-

Tr.  
Ha-  
em,  
um  
ter  
VI.  
na-  
par-  
Go-  
au-  
as,  
de  
ros  
est  
an-  
ous  
V.  
us,  
ur-  
di-  
rat.  
  
if-  
eci-  
res  
os-  
m-  
leo,  
tio-  
cicie  
osi-  
bie,  
ua-  
ri-  
que  
Eo  
id.

metaphysicis quidem uersatissimum, harum autem serum, styli scilicet, plane non peritum, paelegisse olim in paedagogio, quod Giessae est, Epistolas Ciceronis ad famil.) ubi more receptum est, paelegere adolescentibus primum epist. Cic. Sed pessime id fit, et nullo sane exemplo. Nobis, qui alibi fundamenta iecimus, licitum id est. Alioquin ita erit procedendum, ut initium fiat a Dialogis Castalionis, quae pura sunt, atque in forma octaua prostant, aliis uero Colloquia Erasmi placent, sed non sunt adeo pura. Deinde Cornelius Nepos, qui satis purus, postque hunc Ciceronis epistolae sunt legendae, etc., denique ad ipsius Orationes est perueniendum.

*Boxhornius in Orat. de Eloquentia* dicit, *Esse quosdam imitatores, qui uerba tantum imitentur, sed risui habentur, cum debeant res ipsas imitari.* Quintilianus dudum nobiscum sentit. Cicero integra saepe exordia ex Demosthene suis inferuit orationibus uerbis elegantissimis. Hic itaque Graeca didicisse iuuabit. Et fateor, Grotium, admiratione dignissimum, non eo peruenisse, nisi Graecae linguae peritus fuisset. Ego priuato studio aliquando in concione quadam imitatus sum Periclem declamantem ad Athenies apud Thucydidem, et ita accomodaui, ut ad principem adhibeatur, da denn alles so naturell, ut dici non satis queat. Atque ita, fateor, utiles esse Graecos. Si omnia uerba retinerem, tunc essem seruile pecus, ut dicit Horatius. Imitandum enim est, ut fures solent. Si quis furatus esset pallium, et ex pallio conficiendam sibi curaret tunicam, uel aliud uestimenti genus, tunc nemo sciret, hoc antea fuisse pallium.

*Boeclerus Tacitum et Florum imitatus est, hinc stylus eius affectatus.* Et miror aliquos, qui Florum commendent, cuius stylus horridus saepe et poeticus est, et sane, Florum legere, atque ab eo arripere elegan-

elegantiam, est omnem elegantiam perdere. *Eo fine*  
*barbare dicitur, eo consilio Latine erit dicendum.*  
*Barbare etiam dicitur, uir consummatissimus.* Haec  
*uox a Bataua ad nos peruenit.* Boxhornius enim  
*ad Pontanum scribit, Pontano, uiro consummatissimo.*  
*Vsu uenit quibusdam, quod integras sententias,*  
*quasi suas, inserant, quod saepe solet Boxhornius,*  
*estque huius rei exemplum in Orat. ad Belgas, p. 74,*  
*Hispano parentes, cum dicit, Torpere ultra (uer uill*  
*schlafen) et polluendam perdendamque rempublicam re-*  
*linquere, sopor et ignavia uideretur. Quae sententia*  
*totidem uerbis ex Taciti Hist. II, 76, edit. Berneggeri,*  
*desumpta, est, quod tamen non approbem, nec ad*  
*imitandi, sed ad lectionis, laudem referre liceat. Hoc*  
*uero, obseruandum in summo uiro, et in lectione*  
*Romanorum alioquin uerstissimo, sed non imitan-*  
*dum. Ego sic imitatus fuissim, Languere ultra, et*  
*affligendam opprimendamque seruitute relinquere rempubl.,*  
*probrum atque dedecus uideretur. Vel aliter, uariato*  
*licet sensu. Cessare in posterum, et diffidere uirtutē*  
*suae, et oppressam seruitute rempubl. deserere, probro*  
*atque crimini futurum esset. In prudentium scholis*  
*aurem cum dignitate scribentium coniunctum est, si*  
*integrae sententiae quandoque retineantur, exemplo*  
*C. Foerstneri, cuius Epistolae ciuiles uideantur.*

Non unum est scribendi genus apud Graecos. Nam  
 apud Demosthenem Orationes forenses reperiuntur,  
 apud Herodotum et Thucididem non diriguntur ad  
 forum, uersantur tamen in arguento ciuili, et consul-  
 tationibus ad rempubl. pertinentibus. Vid. G. Trape-  
 zuntius, homo in omnibus doctrinis illustribus magnus,  
 cui patria fuit Trapezis, urbs Cappadociae, in Rhetor.  
 Aristot. V. Inter Latinos Liuius ab Herodoto suauitatem,  
 a Thucidide grauitatem, mutuatus est, atque  
 adeo in imitatione styli historici, quo historia uni-  
 versa tractatur, omnibus Latinis historicis est praefe-  
 rendus,

rendus, nec facimus cum Io. Sturmio, qui C. Caesarem omnibus anteponit, de Ratione dicendi, col. 16. Nos enim ex sententia Trapezuntii et ueritate rei pronuntiamus, ubertate, maiestate atque grauitate, nullum uincere Liuium. Quae causa est, quod superiori seculo Itali, quotquot historiam scriperunt, usi fuerint Ciceroniano dictionis genere, cuius exemplum est in Historia Veneta Bembi, quae purissima est atque elegantissima longe, tamen infra maiestatem Liuianam, quia Cicero compositionis historiae exemplum ex instituto non tradidit.

*T. Liuius*, historiae Romanae parens, Patauinus fuit, cui laetitia tribuit ubertatem, miram iucunditatem, clarissimumque candorem, Quintilianus X, eumque pueris proponendum censet II, 6. Cremutius Cordus eloquentiae et fidei paeclarum, in primis apud Tacitum Annal. IIII, 34, ipse eloquentissimum Agricolae c. 10, uocat. Tanta fama uiuus fuit, ut ad eum uidendum ab ultimis Gadibus quidam Romam uenerit, ut Plinius in Epistolis tradit. Ego de Liuio dico, ipsum esse oratorem historiorum, qui in primis laudatur I ab ubertate rerum, quam laetiam in eo esse, dicunt critici, II a maiestate apparatus dicendi, quae sane non est in Iul. Caesare, III copia, quae est rationum, uulgo uocant medios terminos, IIII ab acumine, quod maxime eluet, ac plane singularia sunt acumina in concionibus eius ciuilibus, V grauitate, es lauet alleſ so grauitaetisch, de Hamilcare quando uerba facit. Non uidendum, an aliquis scribat eleganter, sed an momenta rerum scribantur. VI ab affectibus, quos singulariter commouere ac ciere nouit. Hinc nemo aliis conferendus, quam Cicero et Liuius, et hi duo quasi duces eloquentiae iuxta se ponendi sunt. Alius Liuius Andronicus fuit poeta, de quo uideatur Gellius, XVII, c. extr. Quaerunt eruditii, si Cicero historiam scri-

scripsisset, an ipse Liuium superaturus fuisset? Sane ego non dubito, si Cicero toto animi impetu in hanc curam incubuisset, Liuium superaturus fuisset, ac sentit mecum G. Trapezuntius in Rhet. Arist. I. Nunc vero Liuius, qui laudauit Ciceronem, et dixit, Ciceronem et de patria sua, (um die Lateinische sprache) et de nomine Romano, paeclare meritum esse, eo maior est, qui tantum animum applicauit ad historiam, atque ita singularem maiestatem in scribendo est consecurus. Praeterea exemplum Bembi allego, qui ita in stylo historico imitatus est Ciceronem, et ita scriptis historiam, ut si scripsisset Cicero, aliter scribere non potuisset, seu scripturus fuisset. Hoc uero in Bembo, quatenus exquisitissimus imitator est Ciceronis, desidero, quod non scripserit ita ad prudentiam et historiam ciuilem, quam debebat, ut historicus, exprimere. Quaeritur porro, utrum H. Grotius Aristotelem uicerit, an Aristoteles Grotium, ut Helmstadii quondam inter viros summos modeste de hac quaestione disceptatum est. Et scio, aliquem virum egregii nominis, cui et ego adstipulor, sensisse, Grotium uicisse Aristotelem in doctrina praesertim morali, ubi agitur de iusto et iniusto. Distinguendum tamen inter philosophiam theoreticam et practicam. In theoretica Aristoteles uicit Grotium, adeoque in hoc studiorum genere iure meritoque illi antefertur, in practica uero longe antecedit Aristotelem Grotius, singulare et magnum ingenium, qui in omni praeterea scibili excelluit.

Non probo institutum eorum, qui, scripturi epistolas, tantum legunt A. Politianum, quoniam eae non formam augusti aevi, quam hic proponimus, habent licet suppedimenta variam eruditionem, et multum faciant ad illustrationem atque explicandam antiquitatem, tum et emendandos scriptores uesteres, cuiusmodi

modi sunt epistolae Casauboni, Reinesii, et similium. Crucii enim et Neuhusii ineptiis totae scatent.

*Cicero* in particulis, earumque nexu et coniunctio ne sententiarum, excellit, et plane singularis, immo, incomparabilis est. Vid. Epistolae Curionis, quibus praefixus est liber Epistolarum Coel. Sec. Olympiae Fulviae Moratae, cuius stylus sane egregius est ac plane elegans, usq; est praeceptore Curione, et cui Schurmannia nullo modo comparari potest, quippe stylus huius plane est ineptus. In Saxonia magnum nomen adepta est Henrietta Frisia, Gersdorffii, sanctioris Consiliarii Saxonici, coniux, a stylo terribilissimo, quo in exarandis literis utitur, sicut et ad me literas elegantissimo stylo aliquando scripsit. Commentationes Curionis in Partitiones Ciceronis magni aestimo. Vulgo tot extant Rheticorum libelli, ut infinitus fere eorum sit numerus, qui in dies etiam augetur, cum hac tempestate pessimum illud scribendi cacochthes omnes ferme teneat, ita, ut quilibet ludimodulator nouam Rheticam, nouamque Logicam, nobis obtrudat. Sed, utinam Curionis et Mancinelli ederentur, aut Vossii in usu esset, ceteris facile supercedere possemus. Rhetorica sane Dieterici uix peiorum et ineptiorem uidi librum, ist eine rechte priester-rheticra. Quis, quaeso, unquam audiuit, Latinam eloquentiam ex vulgata Bibliorum versione addisci posse, unde tamen is exempla affert, quae ex Cicero petere debebat, quod Jesuitae in suis scholis facere consueuerunt, qua in parte merito laudandi et imitandi a nobis. Et inde tanti ipsorum profectus in eloquentia.

*Plinius* quidem excellit, sed in uno tantum styli genere, nempe Laconico, uixitque seculo I, uergente aetate aurea in argenteam, adeoque non ab eo incipiendum, sed ab alio, qui uniuerse in stylo omnique dicendi genere excellit, qui haud dubie est *Ciceron*.

cero. Hic enim in Epistolis ad Atticum usus est stylo Laconico, in quibusdam Orationibus mediocri, in aliis sublimi et diffuso, seu Asiatico, tum et philosophico in Partitionibus, et Rhetor. ad Herennium.

Sidonius Apollinaris scriptor est seculi V, et scripsit stylo saepe corrupto, et, licet demus Politiano, eum esse non pessimum, non tamen est optimus. Stultus autem est, qui non optimum imitandum sibi proponit. C. Iulius Caesar sola ingenii bonitate et dexteritate excelluit. Cicero aliquando Athenis redux pro rostris orationem habuit, Caesar, qui etiam ad populum loquebatur, audita suada Ciceronis, Ego non amplius, inquietabat, lingua, sed gladio emergam, cum tamen ipse tersissimo stylo excelluerit, et incomparabilis fuerit. Cum itaque uideret, se in uno excellere, Ciceronem uero in omnibus, gloriam non tam eloquentia, quam armis, acquirere studuit, et ad artes se conuerit belli, quia sciebat, se Ciceronem et Hortensium aemulos habiturum.

Hermogenes, rhetor Graecus, septem styli genera enumerat, et ideas, seu formas, dicendi, appellat, atque hoc ordine collocat, primum genus magnum dixit, siue sublime, alterum pulchrum, tertium moratum, quartum uerum, quintum aptum, sextum uelox, septimum et postremum dilucidum, vocauit. Aristoteles, qui primas huius artis praceptiones consignauit, uirtutes elocutionis extulit Rhetor. III, 2, genera dicendi quippe alia significatione expressit. Vid. d.l. c.12. Cicero, quo nemo apud Romanos in dicendo absolutionis fuit, lumina nominauit in Partitionibus oratoris, et quinque recensuit, dilucidum, breue, probabile, illustre, suave. Libro autem III de Oratore tres dicendi formas attulit, quarum prima sit plena, altera media, postrema tenuis. Vid. de eo Curio in Partitionibus Ciceronis, et Trapezuntius in libro V Aristotelis, p.60. Hic discrimen est inter Aristotelem

Q

et

ium.  
ctio-  
amo,  
ibus  
mpiae  
est ac  
cui  
ippe  
num  
ncti-  
, quo  
ele-  
ones  
imo.  
nitus  
etur,  
coe-  
ode-  
nobis  
ede-  
erse-  
orem  
ster-  
inam  
ldisci  
Cice-  
s fa-  
di et  
us in  
  
styli  
gente  
o in-  
omni-  
t Ci-  
cero.

et Trapezuntium, quoad numerationem librorum. Hic enim aliter libros Aristotelis aliquando iungit. Aristoteles quidem libris III Rhetor. agit de forma, seu genere, dicendi, sed Trapezuntius in V libros ordinavit. Vir eximus et egregius inter omnes Commentatores. Velox genus medio loco quasi est, quo in nonnullis Orationibus utitur Cicero, praesertim minoribus. Dilucidum uocatur alias philosophicum, quale genus adhibuit Cicero in Officiis, quod obseruare debuisset Athanasius Kircherus, qui in Mundo suo subterraneo, in primis uero Itinere ecstatis coelesti, nimis affectato, minusque puro, utitur stylo, e. c., cum de coelo et stellis scribere uult, dicit, inter maeandros stellarum atque hiatus etc., quod sane non decebat. Qui, si scripsisset, ut decuisset, melius lectorem suum pauiisset. Sic, in historia naturali scripturus, Plinium et Senecam sibi ob oculos ponat. Hinc Sperlingius, qui in scriptis suis eleganti utitur genere styli, ex Senecae, non quidem Epistolis, sed libris de Quæstionibus, stylum suum hausit. Sic, cum ego de prima styli forma, seu genere, ago, Plinium non possum commendare, siquidem asper eius est stylus, licet sit purus, Kircheri autem nunquam purus. Ita medicinae studiosus Celsum, Plinium, consulat, iurisconsultus legat Orationes forenses Ciceronis, et Digesta, in quibus pura Latinitas. Si uelis orator esse, adhipeas Epistolas Ciceronis et Orationes pro Marcello, Milone. In hac dominatur genus sublime, et dici non potest, quam assurgat et dicendi genere sublimi utatur, quod tamen non nude accipiendum, sed distinguendae Orationis partes. Nam non ubique unum genus locum inuenit, ita in eadem pro Milone Oratione Cicero genere tenui loquitur in narratione, quia orator in narratione styli historicum agit, et rem peractam refert, atqui uero historici, uel mediocri, uel tenui, stylo utuntur. In confirmatione

matione utitur genere sublimi, ut ita affectus ciere eo melius possit, non quasi diceret, sed ac si omnia ob oculos auditoribus sisteret. Hinc, quia in reliquis partibus fere omnibus sublime adhibet genus, a potiori, ut dicunt philosophi, sit denominatio. Itaque sublime scribendi genus nullibi, praeterquam in orationibus, est adhibendum, ineptiuntque illi, qui in epistolis etiam affectant. Ad Herennium dicit Cicero, Debere hoc quemuis sectari in quocunque genere, ut scribat ordinarie tenui filo, seu genere, modo orationem non scribat. Hinc, qui in epistolis scribunt stylo affectato, ministris aulae dicuntur bacchanten, quod Polonis familiare perquam est, qui adeo affectant, ut Germanos soleant reprehendere, qui talia respiciunt. Legas item Orationes pro Marcello, etc. Post Panegyricum Plinii Mamertum, Plinium item Polonicum, in quo Stanislaus Orichouius, summus orator, et cui uix in Polonia par fuit, suam adhibuit industriam. In Germania magni aestimatur hoc studium humanitatis, sicut et in Suecia Daniaque. Laudo etiam Galliae Regem. Aula Saxonica in stylo maxime Germanico excellit, quemque in aula Vinariensi faciunt plurimi, in stylo etiam Latino uiros uersatissimos habet, dass man auch in VVien scripta Latina et Germanica Electoris nostri aufhebet, uie ein euangelium, und heist es da, *Herr Secretair, lernts auch.* Immo, affirmarem, Dresdae in hoc studio uiros esse incomparabiles. Nemo uero sine exercitatione ad hanc artem peruenit. Legendi igitur probi scriptores assidue, et in succum et sanguinem, quod dicunt, sunt uertendi. Ita Cicero ipse profecit, qui licet Latinam linguam uernaculam haberit, assidue tamen legit I Rheticam Hermogenis, II Antonii praecepta, III Rheticam Aristotelis, IIII ibi ipsi praecepta composuit, V legit Demosthemen, Isocratem, Lysiam, aliosque. Ita facies idem.

Hae enim literae aut ornant, aut adiuuant, et nunquam destituunt sui cultorem. Cicero duos sibi proposuit imitandos, I Hortensium, II Iul. Caesarem, illum ob magnitudinem uocis imitandum proposuit, quia clamare ualde potuit, atque magnitudine uocis famam sibi magnam comparauit, ut Ciceroni palmam fere praeripuerit, uel saltem dubiam reddiderit. Sed, quando Hortensi Orationes fuerunt scriptae, tunc facile iudicari potuit, multo elegantius scriptas fuisse Ciceronis, quam Hortensi. Oratores Romani cogebantur uti sublimi genere, ut affectus mouerent, et reos defendenter. Nam qui non ualebat magnifico dicendi genere, non poterat reum liberare. Sic Cicero grandi tali genere contra Verrem perorauit, ut Hortensius ad eum diceret, *M. Tulli, tu loqueris, ut Oedipo indiges,* respondit ille, *tu Sphingem habes.* Incomparabilis itaque in genere sublimi est Cicero, tam uerbosus, tam felix et multus, ut, si Demosthenem inter Graecos excipias, parem non habeat. Ita eleganter atheum atque impium pro Milone c. 30 expressit, cum dicit, *Qui nullam vim coelestem existimat, numenque diuinum.* Ita quoque fama attonitus, grauius dicas, quam rumore ualde affectus. Vehementissimum hoc est dicendi genus, et grandius dicitur a Cicerone, in Epist. ad Atticum, illa concionalis hirudo aerarii, quam expilator aerarii. Denotat enim eo hominem plane infamem. Sic saepissime solet dicere, fex urbis, sentina reipublicae, sed cum iudicio hoc facit, et indice quasi tantum digito id attingens, significans, eum esse hominem turpem, ne auditori foeda in animo relinquitur cogitatio, quod cuidam accidit, qui in oratione publica uotum addidit, *ut omnia uergant in excrementum uestrum.* Et postea, cum hac uocula reprehensionem incurreret, quod scilicet contra honestatem dictum esset, autor eam defendit, addita ratione, quod excrementum ipse deduxisset ab excretione scendo

scendo (exresco) non ab excerno, es soll gedeyen.  
Sic castrata respubl. reperitur quidem apud Cicero-  
nem, ut videre est in Nizolio, sed tamen abstinen-  
dum ab hac uoce, siquidem Cicero non ex sua, sed  
aliorum, et quidem illorum, quos ipse reprehendit,  
fententia protulit.

Veteres quidam distinguere solent inter principem  
et parentem eloquentiae Romanae. Parentem elo-  
quentiae Ciceronem dicere nolunt proprie et histo-  
rice, siquidem iam ante ipsum Rom. eloquentia ex-  
ulta fuit, sed solum modo principem. Et sane ui-  
dere licet, Ciceronem omni opera studuisse, ut in quo-  
cunque genere dicendi τὸ περινον assequeretur, quo ipso  
factum, ut ubique excelleret. Fuit, qui ex Oraculo  
scisciratus est olim, quomodo in studiis cum laude pro-  
cederet, respondit Oraculum, ut parem cum mor-  
tuis colorem haberet, seu, ut uerba Graeca fluunt,  
ut mortuis concolor fieret, h. e., ut imitaretur anti-  
quos. Id quod etiam omnibus in hoc studio dictum  
sit.

Ciceronis librum de optimo oratore ualde commendo,  
inque hoc tria docet Cicero, I, ut omnis orator possit  
docere, docere autem facile esse, dicit, II debeat de-  
lectare, h. e., elegantes dictiones sciat ad meliorem  
orationis connexionem adhibere, III, quod quidem  
praecipuum est, debere eum mouere, hoc est, ut  
affectus possit cire, ac mentes ad assentiendum im-  
pellere, et in suas ueluti partes trahere. Quod in  
primis in orationibus forensibus obseruatum est tem-  
pore Ciceronis, quae quidem orationes apud nos in  
usu amplius non sunt, in Italia tamen et apud Vene-  
tios quandoque adhibentur, ut prae reliquis Venetus  
surgat, et pro innocentí uerba faciat. Concioles L  
itaque, quae dicuntur, uel Orationes, sunt ita distin-  
ctae in forenses et ciuiles. Dicuntur uero forenses,  
quae ad iurisconsultum in primis pertinente, seu pa-  
tronos

tronos causarum, ciuiles ad eos, qui causas orant. Orationes historicae inseruiunt iis, qui in republ. per consilia uersantur, et hi Demosthenem et Ly-  
siam legere debent.

Genus mediocre maxime inuenitur in libris Ciceronis de Finibus bonorum et malorum, hoc est, de mediocritate ethica. Vid. Orat. Cic. Francisci Hottonanni praeterito seculo Venetiis excusae. Egregius sane iste liber est, et qui docere haec studia uult, eo facile carere non potest. Commentatus quoque est in Epistolas Ciceronis. Orationes Ciceronis maxime commendo Basileae, in f., editas, quae omnium sunt accuratissimae, sed et rarissimae, ut dubitem, an hic locorum reperiantur. Helmstadii Schraderum illas possidere, noui. Librum de Finibus Ciceronis Grotius legit assidue, ut et Officia Ciceronis, quae memoria tenuit. Vir fuit plane admirandus, Cicero est, si Officia Ciceronis, Seneca est, si Senecam Tra-  
goedum, Tacitus, si Tacitum, consideres.

Duo maxime in seculo superiori notanda, literarum diuinarum instaurator fuit Lutherus, humaniorum iam senescentium Erasmus. Hic de Vittemberga dicere solitus. Ex ludo illo aliquando magnum emporium fore artium. Plane, sicut sec. VII Mahometismus et Papismus simul cooperunt.

Bembus antiquitatis nimis studiosus, quando aliquod nouum inuentum, e. c., rem tormentariam, die ar-  
tillerey, describere uult, dici non potest, quantum, dum omnia ex antiquitate Rom. eruere conatur, rem intriceret. Posset dicere, nouum aliquod instrumentum descripturus, ut uocant, imitatione Liui et Curtii, sed hoc ille nefas dicit. Fuit historicus, qui autem absque M. A. Coccii Sabellici et Bernardi Iustiniani, scriptoribus Venetis, non potest intelligi. Bembus et Sadoletus uixerunt tempore Lutheri, et cum Era-  
smo commercia literarum habuerunt.

Cice-

Ciceronis *Quaestionum Tusculanar.* libri V elegantsimi eruditissimi ac sapientiae plenissimi, sunt. Erasmus editio plurimi aestimatur. In Praef. probare conatur Erasmus, Ciceronem ad coelestia gaudia peruenisse, quia scil. ibi de immortalitate animae, et eius post uitam beatitudine, luculenter differit, et proxime Christianae doctrinae accedit. Et sane libri etiam Senecae de Prudentia et tranquillitate animae pie conscripti sunt. Verum neque in his, neque in illis, ullum salutis uestigium inuenies.

Orationem a uersu auspicari religiosissime cauendum est, tanquam in uitio positum, ut ut Buchnerus aliquando id fecerit. Cicero maxime considerauit orationis exitum, nec, nisi in clausulis, aurium mensura opus est. Ideoque uel mente expediamus, uel chartae inscribamus, quae elaborare uolumus, non obstante, saepe delenda esse, quae male ceciderunt.

Vocabula quaedam poetis singularia sunt, quaedam communia habent cum oratoribus, illa praetermitti uelim, haec contra probo. Esto uox *omnigenus*, poetis relinquendam censebo. Non ausim tamen negare, poetica minori uitio adhiberi, quam barbara. Hoc patet *irreprehensus*, pro eo, qui uerbis non est castigatus, poeticum est, non barbarum, *irreprehensibilis* uero nec poeticum, nec Latinum, eoque barbarum, et plane remouendum est ab usu styli. Cum poetarum stylo cognationem habet Comicorum ille, qui, nisi iudicato, nauseam potius mouebit, aut risum. In Comicis mihi praecipius Terentius, quem imitari licet maxime, sed iudicio imitationis, quatenus dirigitur ad orationem prosam. Donatus, cuius Romanus, hat über den Terentium aus der massen uoohl commentirt. Plautus obsoleta immiscet, iis terendus demum, qui adulti sunt, et iam ex omni parte firmati. In fine, sub finem, dicitur quidem stylo Latino, sed non Cicer-

ceronianus, qui hoc exprimit per exitum, postremum, in extremo. Sic uocabulum, aetatem colendus, non est Ciceronis, sed sempiterna abseruantia (memoria) colendus. Patrem lustricum esse dicitur, genatter steben, minus recte autem fide iubere. Latine non recte dicitur immediate, si ad stylum referatur, sed apud philosophos et theologos tolerari potest. Cicero uocat Catilinam pestem immanem, importunum. Nos Germani dicimus, das hoellenkind, der hoellenbund. Sluisa, die schleusen, Batauorum, quibus usi sunt ante triennium ad arcendum Gallum a Seelandia, non aliter, quam cataractae, Latine dici possunt. Sic etiam physici rupturas nubium cataractas vocant. Vbi Cicero dicit doctus atque aetate florens, Caesar scribit, ille doctus est, aetateque florens, et in consuetudine uitae nitidissimus. Historicus enim non tam curat uerba, quam res, et, ne uerbulum quidem ullum esse positum, studet, quod non aliquid rerum contineat. Orator contra de uerborum elegantia sollicitus est, ut sibi per eam auditorum conciliet benevolentiam.

Velleium Paterculum maxime imitatus est in Dissertationibus suis Buchnerus noster. Singularis in imitando fuit artifex, et, particulis conuenienter insertis, ita temperat stylum, ut imitationem primo intuitu comprehendas. Imitari debent eloquentiae studioſi Buchnerum cum iudicio, nec uocabulum aliquod, ab ipso in compositione positum, statim seorsim adhibere, e.c., extudit, uocabulum est poeticum, Buchnerus tamen, particulis conuenientibus adhibitis, illud rete usurpat. Item pertento est poeticum, Buchnerus tamen rectissime dicit animum meum pertentat gaudium. Notandum interim, a Buchnero, summo inter oratores recentiores, non esse incipiendum eloquentiae tyroni, sed potius a Cicerone.

Quintiliani Fabii institutiones ei praesertim, qui in hoc studiorum genere alios uult instituere, profunt. Docet,

cet, quomodo legendus sit Cicero. Merito dixit Fa-  
bius, illum iam profecisse, ac magnum esse in elo-  
quentia, cui Cicero non dispiceat. Cum igitur uis-  
singularis in Cicerone, hinc nullus directe et ex in-  
stituto, nisi Cicero, imitandus. Praeceptores mei,  
qui erant summi, inculcabant mihi, debes Ciceronem,  
id est, non uerba modo sed et uirtutes, hoc est, for-  
mam atque omnem uim, imitari. Tenuissimum scri-  
bendi genus usurpat in libris III Epist. ad Q. Fratrem,  
et ab his non inepte quis inciperet humanitatis studium  
et stylum tenuem.

*Bened.* Carpzonii liber est pragmaticis maxime utilis  
sub titulo, Der achtsprocess, in 4, quem omnes praec-  
tores et quaestores sibi debent comparare ex mente  
Ziegleri. Baculo Germaniae Papinianus audit.

Herodotus in describenda historia primarium eius  
finem primo loco non posuit, qui est utilitas. His-  
toria enim est commemoratione rerum gestarum, quate-  
nus in uita utilium, siue, Historia est facultas comme-  
morandi res gestas, quatenus in uita utiles. Hinc pru-  
dentia uel ciuilis, uel ecclesiastica, inde comparatur,  
nec priuata, sed publica, negotia exequitur, a discipli-  
nis autem ceteris modo rationeque tractandi differt,  
quod res singulas commemorat, atque inde exempla  
petantur ad sequendum et uitandum, et regulae  
praeceptaque ex iis demum a sapientibus concinnen-  
tur. Stylus historiae uarius est pro argumenti ratio-  
ne, et, ut epistolae de negotiis rei publicae scriptae,  
grauiores amplioresque sunt, ita historiae imitantur  
rerum amplitudinem ac dignitatem. Alioqui stylus  
quo simplicior, eo melior, si cetera habeat doctrinae  
adiumenta, et simplici narratione absolui queat. Con-  
tra si historia debeat esse uniuersalis, et imperiorum  
uicissitudines, incrementa, diminutiones, ruinas,  
euenta omnia, tradere et complecti, genus dicendi  
graue et copiosum illi instituto conuenit, non tamen  
nimis

nimirum floridum ac redundans sit, quod ab aliquibus  
Liui obiicitur. Caesaris oratio ueluti sub manibus  
in castris nata est, et Cornelii Nepotis tenuem sim-  
plicemque enarrationem habet.

*Lingua Attica et lingua communis differunt, licet  
atticis multa ex lingua communi retineant,  
quod exemplo Iosephi, et aliorum, ostendi possit.*

In *lingua Hellenistica*, quam uocant, quidam primo  
quaerunt noua uocabula, deinde nouas significationes,  
postremo nouas constructiones, et compositiones.  
Sic ξύλον passim significare lignum, constat, sed arbo-  
rem denotare, id ex Hellenismo arcessunt, quando  
apud Hebraeos ψυ lignum eiusmodi uim habere  
pateat, notumque sit. At uero apud Dioscoridem,  
qui ante Evangelistas scripsit, inuenient talem certe  
significatum, quod miratus est eius interpres Sarace-  
nus, quod in uulgaribus Lexicis, quae multis parti-  
bus deficiunt, nihil tale reperisset. Drusius Lexicon  
Hellenisticum promisit, sed non praestit, neque  
mea sententia praestare potuit. Sic προσκυνεῖν cum  
casu dandi ex Hellenismo aestimant, cum Attici non  
ita construant, nec tamen negari queat, Nouum Te-  
stamentum lingua Attica fuisse scriptum. At uero  
hoc est, quod nego, cum sciam, Nouum Testamen-  
tum lingua communi exaratum esse, cuiusmodi est  
in Polybio. Tum *atticis* utuntur etiam hoc  
genere construendi, et lingua communi saepe insi-  
stunt, uti est Dialectus Macedonica et Alexandrina.  
